## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

clausi tenebantur, nostra agmina percursare ripas et aliena occasione si permitteres uti, utroque hiemem suam barbaris inferre gaudebant.

13. Haec tibi apud hostes veneratio. Quid? apud milites quam admirationem quemadmodum comparasti! cum tecum inedia tecum sitim ferrent; cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres, nihil a ceteris nisi robore ac praestantia <differentes><sup>1</sup> libero Marte nunc cominus<sup>2</sup> tela vibrares, nunc vibrata susciperes, alacer virtute militum et laetus, quotiens aut cassidi tuae aut clipeo gravior ictus  
2 incidere (laudabas quippe ferientes, hortabarisque ut auderent, et audebant); iam cum spectator <moderator><sup>3</sup> que ineuntium certamina virorum arma componeres, tela temptares, ac si quod durius  
3 accipienti videretur, ipse libares.<sup>4</sup> Quid cum solacium fessis, aegris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, nisi commilitonum ante lustrasses,  
4 nec requiem corpori nisi post omnes dare. Hac mihi admiratione dignus imperator <vix><sup>5</sup> videretur, si inter Fabricios et Scipiones et Camillos talis esset;

<sup>1</sup> differentes *add. Aldus, om. M*: dispar, distans, diversus *alii*.

<sup>2</sup> cominus *M*: *eminus G. H. Schaefer*.

<sup>3</sup> moderatorque *add. Puteolanus*: spectatorque *M*.

<sup>4</sup> libares *codex Vaticanus*: vibrares *M*.

<sup>5</sup> vix *add. C.F. Mueller*: *om. M*.

stopped up inside their lairs, while our armies were eager to cross the river and, if you permitted, exploit the enemy's opportunity and launch a winter campaign on them unprovoked.

13. Thus your enemies bowed before your reputation. What shall I say now of the admiration which you won from your own men? They saw how you shared their hunger and thirst on field manoeuvres and how their commander's sweat and dust was mingled with their own; with nothing to mark you out save your height and physique, in open battle you launched your spears at close quarters or received those aimed at you; you delighted in the courage of your soldiers and rejoiced whenever a heavier blow struck you on shield or helmet, praising your assailants and urging them on to greater deeds of daring—which they at once performed. Nothing escaped your direction or your observant eye; it was you who assigned the men their arms before the start of operations, and tested the spears so that when one seemed too heavy for a man you could wield it yourself. Again, it was you who comforted the weary and attended to the sick, for it was your habit to inspect your comrades' tents before you retired to your own; the last man must go off duty before you would take a rest yourself. Such were the great generals of the past, bred in the homes of Fabricius, Scipio, and Camillus;<sup>1</sup> if they have a lesser claim upon my admiration it is because in their day

<sup>1</sup> Notably, Gaius Fabricius, hero of the war against Pyrrhus; the Scipios, father and son, who fought against Hannibal in the Second Punic War; and M. Furius Camillus, the saviour of Rome after the Gallic invasion in 387 B.C.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tunc enim illum imitationis ardor semperque melior  
5 aliquis accenderet. Postquam vero studium armorum  
a manibus ad oculos, ad voluptatem a labore trans-  
latum est, postquam exercitationibus nostris non  
veteranorum aliquis cui decus muralis aut civica,  
sed Graeculus magister adsistit, quam magnum est  
unum ex omnibus patrio more patria virtute laetari,  
et sine aemulo [ac]<sup>1</sup> sine exemplo secum certare,  
secum contendere ac, sicut imperet solus, solum ita  
esse qui debeat imperare!

14. Non incunabula haec tibi, Caesar, et rudi-  
menta, cum puer admodum Parthica lauro gloriam  
patris augeres, nomenque Germanici iam tum  
mererere, cum ferociam superbiamque Parthorum  
ex proximo auditus magno terrore cohiberes,  
Rhenumque et Euphratem admirationis tuae societate  
coniungeres? cum orbem terrarum non pedibus  
2 maior et clarior quibus postea contigisses? Et  
necdum imperator, necdum dei filius eras. Ger-  
maniam <Hispaniam><sup>2</sup> que cum plurimae gentes  
ac prope infinita vastitas interiacentis soli, tum  
Pyrenaeus Alpes immensique alii montes nisi his  
3 comparentur, muniunt dirimuntque. Per hoc omne

<sup>1</sup> ac *M*: del. ord. *codex deterior*.

<sup>2</sup> Hispaniamque *add. Keil*: Germaniamque *M*.

---

<sup>1</sup> The *corona muralis* and *corona civica*, awarded for being the first man over a city-wall, and for saving the life of a citizen in battle.

<sup>2</sup> Trajan held a military tribunate under his father in Syria,

a man could be inspired by keen rivalry with his betters. But now that interest in arms is displayed in spectacle instead of personal skill, and has become an amusement instead of a discipline, when exercises are no longer directed by a veteran crowned by the mural or civic crown,<sup>1</sup> but by some petty Greek trainer, it is good to find one single man to delight in the traditions and the valour of our fathers, who can strive with none but himself for rival, press on with only his own example before him, and since he is to wield authority alone, will prove that he alone is worthy!

14. Now, Caesar, let us turn to the very cradle and starting point of your career. You were scarcely more than a boy when your successes in Parthia helped to win fame for your father,<sup>2</sup> when you already deserved the name of *Germanicus*,<sup>3</sup> when the mere sound of your approach struck terror into the proud hearts of savage Parthians, when Rhine and Euphrates were united in their admiration for you. Your fame travelled the world ahead of your person, yet always proved less than reality among those who knew you later. And still you were not yet Emperor, not yet the son of a god. Spain and Germany were still divided by the barrier of countless peoples and an almost endless waste of intervening country, to say nothing of the Pyrenees and Alps, and other mountains which seem enormous, though not comparable with these. Throughout the entire journey,

but his part in winning the *ornamenta triumphalia* for his father is not known.

<sup>3</sup> Probably a reference to the part played by Trajan in the revolt of Saturninus, 1 January 89.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

spatium cum legiones duceres seu potius (tanta  
velocitas erat) raperes, non vehiculum umquam, non  
equum respexisti. Levis hic, non subsidium itineris,  
sed decus [et cum<sup>1</sup>] subsequebatur, ut cuius tibi  
nullus usus, nisi cum die stativorum proximum  
campum alacritate discursus pulvere attolleres.  
4 Initium laboris mirer an finem? Multum est quod  
perseverasti, plus tamen quod non timuisti ne per-  
5 severare non posses. Nec dubito quin ille qui te  
inter ipsa Germaniae bella ab Hispania usque ut  
validissimum praesidium exciverat, iners ipse alien-  
isque virtutibus tunc quoque invidus imperator, cum  
ope earum indigeret, tantam admirationem tui non  
sine quodam timore conceperit, quantam ille genitus  
Iove post saevos labores duraque imperia regi suo  
indomitus semper indefessusque referebat, cum aliis  
super alias expeditionibus itinere illo dignus inveni-  
reris.

15. Tribunus vero disiunctissimas terras teneris  
adhuc annis viri firmitate lustrasti, iam tunc prae-  
monente fortuna, ut diu penitusque perdisceres,

<sup>1</sup> et cum *M*: *del. Haupt.*

---

<sup>1</sup> Trajan was commanding the Leg. VII Gemina (*one* legion only) in Hispania Tarraconensis, and was summoned to bring it to Upper Germany.

<sup>2</sup> In fact, Domitian left Rome with the Guard for Germany on 12 January (Dio LXVII. 11. 5) and Saturninus was defeated on 25 January by Lappius Maximus, legate of Lower Germany.

<sup>3</sup> Hercules and Eurystheus. Trajan is also compared with

as you led, or rather, hurried along your legions<sup>1</sup> in your urgent haste, you never thought of horse or carriage. Your charger followed, unmounted, more for propriety's sake than to help you on your way: you made use of it only at the rest camps, raising the dust as you worked off your energy galloping over the countryside. Which am I to admire more, the start of your undertaking or its end? It was a great thing to carry it out, but even greater to have had no doubts that you could do so. This much is certain of the man who had called you from Spain to be his surest support during those very German wars, unwilling as he was to bestir himself and jealous<sup>2</sup> of another's virtues even when he was in dire need of them: you must have filled him with the same admiration (not unmixed with fear) as Jupiter's great son inspired in his king<sup>3</sup> when he remained forever unwearied and undaunted after the cruel labours demanded by the latter's harsh commands; for after that journey he judged you worthy to conduct a series of campaigns.<sup>4</sup>

15. Indeed, as tribune in the army and still of tender age, you had served and proved your manhood at the far-flung boundaries of the empire, for even then Fortune set you to study closely, without haste, the lessons which later you would have to

Hercules in 82. 7. Coins of 100 show "Hercules Gaditanus" and the cult was a special interest of Trajan's, perhaps because he had also come from S. Spain.

<sup>4</sup> Nothing is known of Trajan's military activities between 89 and 96, nor is there any mention of a consulship or proconsular post. Either Pliny glosses over his employment by the hated Domitian, or he prefers to imply that Trajan's career—like his own—was retarded (cf. 95. 3).



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

2 quae mox praecipere deberes. Neque enim pro-  
spexisse castra brevemque militiam quasi transisse  
contentus, ita egisti tribunum ut esse dux statim  
posses, nihilque discendum haberes tempore docendi:  
3 cognovisti per stipendia decem mores gentium  
regionum situs opportunitates locorum, et diversam  
aquarum caelique temperiem ut patrios fontes  
patriumque sidus ferre consuesti. Quotiens equos,  
4 quotiens emerita arma mutasti! Veniet ergo tempus  
quo posteri visere visendumque tradere minoribus  
suis gessierint, quis sudores tuos hauserit campus,  
quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa  
praetexerint, quod denique tectum magnus hospes  
impleveris, ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra  
5 vestigia isdem in locis monstrabantur. Verum haec  
olim; in praesentia quidem, quisquis paulo vetustior  
miles, hic te commilitone censetur. Quotus enim  
quisque, cuius tu non ante commilito quam im-  
perator? Inde est, quod prope omnes nomine  
adpellas, quod singulorum fortia facta commemoras,  
nec habent adnumeranda tibi pro re publica vulnera,  
quibus statim laudator et testis contigisti.

16. Sed tanto magis praedicanda est moderatio  
tua, quod innutritus bellicis laudibus pacem amas,  
nec quia vel pater tibi triumphalis vel adoptionis

---

<sup>1</sup> Ten years as *tribunus militaris laticlavus* is without precedent, and must be an exaggeration. Possibly Pliny is exploiting the period between assuming the  *toga virilis* at 15

teach. A distant look at a camp, a stroll through a short term of service was not enough for you; your time as tribune must qualify you for immediate command, with nothing left to learn when the moment came for passing on your knowledge. Ten years of service<sup>1</sup> taught you customs of peoples, locality of countries, lie of the land, and accustomed you to enduring every kind of river and weather as if these were the springs and climate of your native land. Many were the times when you changed your mount and the arms worn out with service! The day will come when posterity will clamour to see and show their youngers the earth which was soaked in your sweat, the trees and rocks which sheltered your moments of sleep and repose, the roof which gave hospitality to your noble person, as in your time you were shown the cherished traces left by the great generals of the past. But this is for the future; meanwhile, any soldier who is not too young can gain glory from having served with you. How many do you suppose there are who did not know you as comrade in arms before you were their emperor? Thus you can call nearly all your soldiers by name, and relate the deeds of bravery of each one, while they need not recount the wounds they received in their country's service, since you were there to witness and applaud.

16. But nurtured though you were on the glories of war, you have remained a lover of peace, and for this your moderation commands our greater praise. Your own father had been granted triumphal

and holding the quaestorship at 25. The normal age for the *laticlavus* was 19-20.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tuae die dicata Capitolino Iovi laurus, idcirco ex  
2 occasione omni quaeris triumphos. Non times bella  
nec provocas. Magnum est, imperator auguste,  
magnum est stare in Danubii ripa, si transeas cer-  
tum triumphi, nec decertare cupere cum recusanti-  
3 bus; quorum alterum fortitudine, alterum modera-  
tione efficitur. Nam ut ipse nolis pugnare moderatio,  
fortitudo tua praestat ut neque hostes tui velint.  
Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos  
currus nec falsae simulacra victoriae, sed impera-  
torem veram ac solidam gloriam reportantem, pacem<sup>1</sup>  
tranquillitatem et tam confessa hostium obsequia, ut  
4 vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus  
triumphis; neque enim umquam nisi ex contemptu  
5 imperii nostri factum est ut vinceremus. Quodsi  
quis barbarus rex eo insolentiae furorisque processerit,  
ut iram tuam indignationemque mereatur, ne ille  
sive interfuso mari seu fluminibus immensis seu  
praecipiti monte defenditur, omnia haec tam prona  
tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsedis-  
montes, flumina exaruisse, interceptum mare in-  
latasque sibi non classes nostras sed terras ipsas  
arbitretur.

<sup>1</sup> pacem *H*: *om.* *X*.

---

<sup>1</sup> In winter, 98-9.

<sup>2</sup> Evidently an addition made to the speech during the Dacian war of 101.

<sup>3</sup> Cf. Dio LXVII. 7. 4. Pliny consistently plays down Domitian's military exploits.

honours, and on the day of your adoption laurels were dedicated to Capitoline Jupiter, but you did not seek opportunity for triumphs of your own. You have neither fear of war, nor any desire to cause one. How magnificent it was, august Emperor, to stand on the Danube's bank<sup>1</sup> knowing that a triumph was certain did you but cross, and yet have no urge to press on against a foe who refused battle, proof alike of valour and of moderation, the one denying battle to the enemy wanting it, the other denying battle to yourself. And so the day will come<sup>2</sup> when the Capitol shall see no masquerade of triumph,<sup>3</sup> the chariots and sham trappings of false victory, but an emperor coming home with true and genuine honour, bringing peace and the end of strife, and the submission of his enemies so evident that none shall be left to conquer. Here is an achievement which is nobler than any triumph! For hitherto our victories have been won only after our sovereignty has been slighted; but now, if some native king<sup>4</sup> shall presume so far in his folly as to call down your just wrath and indignation on his head, though he be defended by the seas between, the mighty rivers or sheer mountains, he will surely find that all these barriers yield and fall away before your prowess, and will fancy that the mountains have subsided, the rivers dried up and the sea drained off, while his country falls a victim not only to our fleets<sup>5</sup> but to the natural forces of the earth!

<sup>4</sup> Decebalus, king of Dacia.

<sup>5</sup> The Danube fleet, consisting of the *classis Pannonica* and *classis Moesica*.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

17. Videor iam cernere non spoliis provinciarum  
et extorto sociis auro, sed hostilibus armis capto-  
2 rumque regum catenis triumphum gravem; videor  
ingentia ducum nomina nec indecora nominibus  
corpora noscitare; videor intueri immanibus ausis  
barbarorum onusta fercula et sua quemque facta  
vinctis manibus sequentem, mox ipsum te sublimem  
3 instantemque curru domitarum gentium tergo, ante  
currum autem clipeos quos ipse perfoderis. Nec  
tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus  
audeat, nec modo telorum tuorum, sed oculorum  
etiam minarumque coniectum, toto campo totoque  
4 exercitu opposito perhorrescat. Meruisti proxima  
moderatione, ut quandoque te vel inferre vel pro-  
pulsare bellum coegerit imperi dignitas, non ideo  
vicisse videaris ut triumphares, sed triumphare quia  
viceris.

18. Aliud ex alio mihi occurrit. Quam speciosum  
est enim quod disciplinam castrorum lapsam extinc-  
tam refovisti, depulso prioris saeculi malo inertia et  
2 contumacia et dedignatione parendi! Tutum est  
reverentiam, tutum caritatem mereri, nec ducum  
quisquam aut non amari a militibus aut amari timet;  
exinde<sup>1</sup> offensae pariter gratiaeque securi, instant

<sup>1</sup> exinde *Baehrens*: inde *Keil*: et inde *M*.

---

<sup>1</sup> The triumph for the First Dacian War, held during the winter of 102-3. Cf. *Ep.* VIII. 4. 2.

<sup>2</sup> *i.e.* on painted scenes, or tableaux, mounted on wagons. These are shown on Trajan's column (for which see C. A. H. Plates V, pp. 36-40, 84).

17. Already I seem to see before me a triumph<sup>1</sup> piled high not with the spoils of plundered provinces and gold wrung from our allies, but with our enemies' arms and the chains of captured kings. I can recognise the high-sounding titles of chieftains whose persons are not unworthy of such names, and watch the wagons pass with their loads to show the fearful ventures of the savage foe, each prisoner following, hands bound, the scene of his own deeds;<sup>2</sup> then, close behind the conquered nations your own self standing high in your chariot, before which are the shields pierced by your own hand. The spoils of supreme honour would be yours if any king would dare to match himself against you, shuddering with terror though the whole field of battle and army might lie between, when confronted not only by your weapons but by a glance from your threatening eye. And your recent moderation has ensured that whenever you are compelled to war, offensive or defensive, for the honour of your realm, you will be known to win triumph through victory, not to seek victory in order to triumph.

18. How wonderful it was of you (for one idea suggests another) to rekindle the dying flame of military discipline by destroying the indifference, insolence and contempt for obedience, those evils of the preceding regime!<sup>3</sup> Today it is safe to earn respect and affection, and no one in command need fear to be unpopular—or popular—with his men. Thus freed from the anxiety alike of incurring favour or giving offence, he can press on with construction

<sup>3</sup> Cf. *Ep.* VIII. 14. 7; X. 29. 1.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

operibus, adsunt exercitationibus, arma moenia viros  
3 aptant. Quippe non is princeps qui sibi imminere  
sibi intendi putet, quod in hostes paretur; quae  
persuasio fuit illorum qui hostilia cum facerent  
timebant. Iidem ergo torpere militaria studia nec  
animos modo sed corpora ipsa languescere, gladios  
etiam incuria hebetari retundique gaudebant. Duces  
porro nostri non tam regum exterorum quam suorum  
principum insidias, nec tam hostium quam com-  
militonum manus ferrumque metuebant.

19. Est haec natura sideribus, ut parva et exilia  
validorum exortus obscuret: similiter imperatoris  
2 adventu legatorum dignitas inumbratur. Tu tamen  
maior quidem omnibus eras, sed sine ullius de-  
minutione maior: eandem auctoritatem praesente  
te quisque quam<sup>1</sup> absente retinebat; quin etiam  
plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu  
3 quoque illos reverebare. Itaque perinde summis  
atque infimis carus, sic imperatorem commilito-  
nemque miscueras, ut studium omnium laboremque  
et tamquam exactor intenderes et tamquam particeps  
4 sociusque relevares. Felices illos, quorum fides et  
industria non per internuntios et interpretes, sed ab  
ipso te nec auribus tuis sed oculis probabantur!

<sup>1</sup> quisque quam *Puteolanus*: quisquam *M.*

---

<sup>1</sup> Between his adoption (or Nerva's death) and his recall to Rome in the Spring of 99, Trajan carried out a tour of inspec-

works, conduct manoeuvres, make all arrangements for fortifications, weapons and his men. For ours is not a prince who sees in preparations against his enemies a threat directed at himself, after the fashion of his predecessors, who feared to fall victim to the hostilities they mounted and so were glad to see a falling off of interest in the soldier's life, slack training and lowered morale, while swords grew dull and blunted through disuse. Thus our generals had less to fear from foreign foes than from their masters' treachery, and more from the swords their own men held than from their enemies'.

19. In the heavens it is natural that the smaller and weaker stars should be overshadowed by the rising of the greater ones, and in the same way an emperor's legates can feel their prestige dimmed when he appears.<sup>1</sup> But you could be greater than all without anyone's suffering from your majesty; no one lost in your presence the authority he had enjoyed before you came, and many found men's regard for them the greater because you shared it too. So you were beloved by all, the highest and the lowest; the emperor and the comrade-in-arms so combined in your person that you could fire men's ardour and endurance by your supervision, while relieving their hardships by sharing the common lot. Happy those whose zeal and loyalty were known to you not at second-hand, by word of mouth, but through the first-hand evidence of your own eyes!

tion of the troops on the Rhine and in Pannonia. The legates are either the governors of the imperial provinces (*legati Augusti propraetore*) or the commanders of the legions (*legati Augusti legionis*).



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

Consecuti sunt ut absens quoque de absentibus nemini magis quam tibi crederes.

20. Iam te civium desideria revocabant, amoremque castrorum superabat caritas patriae. Iter inde placidum ac modestum et plane a pace redeuntis.

2 Nec vero ego in laudibus tuis ponam, quod adventum tuum non pater quisquam, non maritus expavit: adfectata aliis castitas, tibi ingenita et innata,

3 interque ea quae imputare non possis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium; annonae quae ceteris; ad hoc comitatus accinctus et parens. Diceres magnum aliquem ducem ac te potissimum ad exercitus ire: adeo nihil aut certe parum intererat inter imperatorem factum

4 et futurum. Quam dissimilis nuper alterius principis transitus! si tamen transitus ille, non populatio fuit, cum abactus hospitium<sup>1</sup> exsereret, omniaque dextera laevaue perusta et attrita, ut si vis aliqua vel ipsi illi barbari quos fugiebat inciderent. Persuadendum provinciis erat illud iter Domitiani fuisse, non princi-

5 pis. Itaque non tam pro tua gloria quam pro utilitate communi edicto subiecisti, quid in utrumque vestrum esset impensum. Adsuescat imperator cum imperio calculum ponere; sic exeat sic redeat

<sup>1</sup> abactus hospicium exereret *M*, quod tuetur *Haupt*: exeret *codex deterior*.

<sup>1</sup> Cf. 5. 2, and note.

It was also their good fortune that when you were not with them you trusted no man's judgement of them but your own.

20. But now your people's prayers were calling you home; affection for your country heard them, and love of army life had to stand aside. Your journey was quiet and undemanding, truly that of one returning from a settled peace. It is not for me to call it a virtue in you if neither father nor husband dreaded your approach; others have made a point of cultivating moral purity, but in you it is natural and inborn, and not something to be counted to your credit. Carriages were requisitioned without fuss, no difficulties were raised over lodgings, rations were the same for all, and your staff was alert and disciplined. It might have been some great general, most likely yourself, travelling to join his army,<sup>1</sup> for there was no difference, or practically none, between the high authority you held then and what it was to be. It was not long since another Emperor had passed that way<sup>2</sup> in very different fashion, and his progress was better called a plundering foray, when houses were forcibly emptied to provide lodgings, and right and left the land was burnt and trampled as if struck by some disaster or the very barbarian hordes from whom he fled. The provinces had to be convinced it was only Domitian, and not every emperor who travelled in this fashion, and so you published a statement contrasting his expenditure with your own. Here your chief concern was the public interest and not your reputation, for an emperor must

<sup>2</sup> Domitian, returning from the Suebian-Sarmatic war, in December 92.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tamquam rationem redditurus; edicat quid absump-  
 6 serit. Ita fiet ut non absumat quod pudeat edicere.  
 Praeterea futuri principes, velint nolint, sciant:  
 "Tanti <. . . , tanti><sup>1</sup> tuum constat", propositisque  
 duobus exemplis meminerint perinde coniecturam  
 de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel  
 illud elegerint.

21. Nonne his tot tantisque meritis novos aliquos  
 honores, novos titulos merebare? At tu etiam patris  
 patriae recusabas. Quam longa nobis cum modestia  
 2 tua pugna, quam tarde vicimus! Nomen illud, quod  
 alii primo statim principatus die ut imperatoris et  
 Caesaris receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu  
 quoque, beneficiorum tuorum parcissimus aestimator,  
 3 iam te mereri fatereris. Itaque soli omnium con-  
 tigit tibi, ut pater patriae esses ante quam fieres.  
 Eras enim in animis in iudiciis nostris, nec publicae  
 pietatis intererat quid vocarere, nisi quod ingrata  
 sibi videbatur, si te imperatorem potius vocaret et  
 4 Caesarem, cum patrem experiretur. Quod quidem  
 nomen qua benignitate qua indulgentia exerces! ut  
 cum civibus tuis quasi cum liberis parens vivis! ut  
 reversus imperator, qui privatus exieras, agnoscis  
 agnosceris! Eosdem nos eundem te putas, par  
 omnibus et hoc tantum ceteris maior quod melior.

<sup>1</sup> tanti tuum constat *M*: lacunam indicat *Mynors* addito tanti.

<sup>1</sup> The text is very uncertain.

<sup>2</sup> 57. 5 shows that Trajan already had the title of *pater patriae* before the consular elections of 98.

<sup>3</sup> Pliny is doubtless thinking of Domitian, but the only emperor whose inscriptions show this title from the start is Nerva.

learn to balance accounts with his empire, to go abroad and return with the knowledge that he must publish his expenses and account for his movements, so that he will not spend what he is ashamed to make known to all. Moreover your successors will be obliged willy-nilly to know the cost of your respective journeys<sup>1</sup> and with both examples before them must realize that they will be judged according to which they elect to follow.

21. Although your many outstanding merits surely called for you to assume some new title and honour, you refused the title of Father of your country,<sup>2</sup> and it was only after a prolonged struggle between us and your modesty that in the end you were persuaded. Others<sup>3</sup> accepted that title from the start along with that of Emperor and Caesar, on the first day of their principate, but you waved it away until even in your own grudging estimate of your services, you had to admit it was your due. Thus you alone have been Father of the country in fact before you were in name. In our hearts, in our minds we knew you as this; the title made no difference to the devotion of your people, except for our feeling of ingratitude if we addressed you only as Emperor and Caesar when we felt we had a Father in you. And now that you bear the name, how kind and considerate you show yourself, living with your subjects as a father with his children! You left us as an ordinary citizen, you return as emperor, knowing your subjects as you are known to them; in your thoughts we have not changed, nor in ours have you; you are one among us all, the greatest of us simply because you are the best.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

22. Ac primum qui dies ille, quo expectatus desideratusque urbem tuam ingressus es! Iam hoc ipsum, quod ingressus es, quam mirum laetumque! Nam priores invehī et importari solebant, non dico quadriiugo curru et albetibus equis sed umeris  
2 hominum, quod adrogantius erat. Tu sola corporis proceritate elatior aliis et excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia principum egisti. Ergo non aetas quemquam non valetudo, non sexus retardavit, quo minus oculos insolito  
3 spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum tui quasi ad salutem sanitatemque prorepere. Inde alii se satis vixisse te viso te recepto, alii nunc magis esse vivendum praedicabant. Feminas etiam tunc fecunditatis suae maxima voluptas subiit, cum cernerent cui  
4 Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum qui non nisi suspensum et instabile vestigium caperet, oppletas undique vias angustumque tramitem relictum tibi, alacrem hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque  
5 clamorem. Tam aequalis ab omnibus ex adventu tuo laetitia percepta est, quam omnibus venisti; quae tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus aucta est.

23. Gratum erat cunctis, quod senatum osculo

---

<sup>1</sup> Late summer 99; the occasion marked by the absence of Silius Italicus (*Ep.* III. 7. 6-7).

PANEGYRICUS, 22. 1-23. 1

22. Now first of all, think of the day when you entered your city,<sup>1</sup> so long awaited and so much desired! The very method of your entry won delight and surprise, for your predecessors chose to be borne, or carried in, not satisfied even to be drawn by four white horses in a triumphal carriage, but lifted up on human shoulders in their overbearing pride. You towered above us only because of your own splendid physique; your triumph did not rest on our humiliation, won as it was over imperial arrogance. Thus neither age, health nor sex held your subjects back from feasting their eyes on this unexpected sight: small children learned who you were, young people pointed you out, old men admired: even the sick disregarded their doctors' orders and dragged themselves out for a glimpse of you as if this could restore their health. There were some who cried that they had lived long enough now they had seen and welcomed you, others that this was a reason for longer life. Women rejoiced as never before to bear children now that they knew they had brought forth citizens and soldiers to live and serve under your rule and command. Roofs could be seen sagging under the crowds they bore, not a vacant inch of ground was visible except what gave a precarious and shaky foothold, streets were packed on both sides leaving only a narrow passage for you, on every side the excited populace, cheers and rejoicing everywhere. All felt the same joy at your coming, when you were coming to be the same for all, joy which could still grow as you moved forward, and (one might say) swell with every step.

23. There was general delight when you embraced

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

exciperes, ut dimissus osculo fueras; gratum, quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares; gratum, quod tantum <non><sup>1</sup> ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas  
 2 adderes; gratius tamen, quod sensim et placide et quantum respectantium turba pateretur incederes, quod occursantium populus te quoque, et immo maxime artaret,<sup>2</sup> quod primo statim die latus tuum  
 3 crederes omnibus. Neque enim stipatus satellitum manu sed circumfusus undique nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiae genus invaluisset, silentes quietosque lictores tuos subsequebare; nam milites nihil a plebe habitu  
 4 tranquillitate modestia differebant. Ubi vero coepisti Capitolium ascendere, quam laeta omnibus adoptionis tuae recordatio, quam peculiare gaudium eorum, qui te primi eodem loco salutaverant imperatorem! Quin etiam deum ipsum tuum <patrem><sup>3</sup> praecipuam voluptatem operis sui percepisse credi-  
 5 derim. Ut quidem isdem vestigiis institisti, quibus parens tuus ingens illud deorum prolaturus arcanum, quae circumstantium gaudia, quam recens clamor, quam similis illi dies, qui hunc diem genuit! ut plena altaribus angusta victimis cuncta, ut in unius salutem collata omnium vota, cum sibi se ac liberis suis intellegerent precari, quae pro te precarentur!

<sup>1</sup> tantum ultro *M*: non *add. edd*: tantus ultro *Brakman*.

<sup>2</sup> artaret *edd*: astartet *M*.

<sup>3</sup> patrem *add. Beroaldus ante tuum*: *om. M*.

the members of the Senate, as they had embraced you when you went away, when you singled out the leading knights for the honour of being greeted by name without an official intermediary, when you not only took the first step in greeting your clients but added some touches of friendliness, and still greater delight when you moved slowly and quietly forward where the crowds of spectators fell back, letting yourself be jostled as one of the people, though in fact the crowds pressed thickest where you were. On that very first day you made yourself accessible to all, for no party of satellites attended you; you moved in the midst of the élite of the senators or knights, as the numbers of either party prevailed as they gathered round you, and your licitors quietly and courteously cleared your path. As for the soldiers present, they differed from the civilians in neither dress, propriety, nor discipline. But when you proceeded to mount the Capitol, how gladly everyone remembered your adoption,<sup>1</sup> and what special joy it was for those who had first hailed you as *Imperator* in that very place! But the greatest pleasure of all, I fancy, was that of the god who was your father in his own creation. Above all, as you trod in the same steps as your father when he prepared to reveal the mighty secret of the gods, how the crowd rejoiced with fresh outbursts of cheering, as this day recalled that other which had brought it into being! Everywhere there were altars, but still not enough for their victims; everyone's prayers were for your safety alone, since each man knew they would be answered for himself and his children if they were granted for you.

<sup>1</sup> Cf. 8.



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

6 Inde tu in palatium quidem, sed eo vultu ea moderatione, ut si privatam domum peteres; ceteri ad penates suos quisque iteraturus gaudii fidem, ubi nulla necessitas gaudendi est.

24. Onerasset alium eius modi introitus; tu cotidie admirabilior et melior, talis denique quales alii principes futuros se tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque temporis spatium: iunxisti enim ac miscuisti res diversissimas, securitatem olim  
2 imperantis et incipientis pudorem. Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis; manet imperatori quae prior oris humanitas, dexteræ verecundia.<sup>1</sup> Incedebas pedibus, incedis; laetabar laboribus, laetaris, eademque illa omnia circa  
3 te, nihil <in><sup>2</sup> ipso te fortuna mutavit. Liberum est ingrediente per publicum principe subsistere occurrere, comitari praeterire: ambulas inter nos non quasi contingas, et copiam tui non ut imputes facis. Haeret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermoni  
4 suis cuique pudor, non tua superbia facit. Regimur quidem a te et subiecti tibi, sed quemadmodum legibus sumus: nam et illae cupiditates nostras libidinesque moderantur, nobiscum tamen et inter nos versantur. Emines excellis ut Honor, ut Potestas, quae super homines quidem, hominum  
5 sunt tamen. Ante te principes fastidio nostri et

<sup>1</sup> dexteræ verecundia *Cuspinianus*: om. *M.*

<sup>2</sup> in *add. Lipsius*: om. *M.*

Then you walked to the palace, with the same modest demeanour as if it had been a private house, and everyone returned home to repeat the sincere expression of a happiness which was wholly spontaneous.

24. Such an entry would have overwhelmed another; but you became daily more admirable, more perfect, such a prince in fact as others can only promise to be. You alone have gained and grown in reputation through passage of time, for you have two extremes combined and blended in your person, a beginner's modesty and the assurance of one long accustomed to command. You do not direct your subjects to grovel at your feet, returning a kiss with no more than a proffered hand; your lips keep their old courtesy now you are emperor, your hand respects its proper use. You used to go on foot before, you still do now; you delighted in hard work, and still delight; though fortune has changed all around you, she changed nothing in yourself. When the prince moves among his subjects they are free to stand still or approach him, to accompany him or pass ahead, for you do not walk in our midst to confer a benefit by your presence, nor put us in your debt if we enjoy your company. Anyone who approaches you can stay at your side, and conversation lasts till it is ended by his discretion, not by any loftiness of yours. We are ruled by you and subject to you, but no more than we are to the laws, for these too must regulate our desires and passions, always with us and among us. You shine out in splendour like Honour, like Sovereignty, for these are always above mortal men and yet inseparable from them. Previous

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

quodam aequalitatis metu usum pedum amiserant. Illos ergo umeri cervicesque servorum super ora nostra, te fama te gloria te civium pietas, te libertas super ipsos principes vehunt; te ad sidera tollit humus ista communis et confusa principis vestigia.

25. Non vereor, patres conscripti, ne longior videar, cum sit maxime optandum, ut ea pro quibus aguntur principi gratiae multa sint; quae quidem reverentius fuerit integra inlibataque cogitationibus vestris reservari quam carptim breviterque perstringi, quia fere sequitur ut illa quidem de quibus  
2 taceas, tanta quanta sunt esse videantur—nisi vero leviter attingi placet locupletatas tribus datumque congiarium populo et datum totum, cum donativi partem milites accepissent. An mediocris animi est his potius repraesentare, quibus magis negari potest? quamquam in hac quoque diversitate aequalitatis ratio servata est. Aequati sunt enim populo milites eo quod partem sed priores, populus militibus quod  
3 posterior sed totum statim accepit. Enimvero qua

---

<sup>1</sup> These were (1) the *frumentationes* given monthly from the *fiscus* to the *plebs urbana frumentaria*, on the basis of a fixed number of 200,000 recipients; names could be added only when there were vacancies (cf. 25. 3). Trajan added 5,000 children to the list (28. 4). (2) the *congiarium*, money distributions to the *populus* at irregular intervals. Domitian in his early years gave 3 *congiaria* of 225 denarii a head. Nerva's lavish donations look like bribery, and Trajan paid out 650 denarii a head, a vast sum. See Syme, *JRS* XX. Note that Pliny says nothing about the alimentary system instituted by Nerva and revised by Trajan in 101 (S. 435-6,

rulers in their scorn for us, and, it may be, through fear of being brought down to our level, had lost the use of their legs; carried on the shoulders and bowed backs of slaves they rose above our heads. But you are borne aloft by your own renown and glory, by freedom and your subjects' love, far above those self-same rulers; you are lifted to the heavens by the very ground we all tread, where your imperial footsteps are mingled with our own.

25. I am not afraid of seeming long-winded, Conscript Fathers, since nothing is more desirable than that we should have much to offer thanks for to our prince. And rather than run quickly through a selection of his merits, we should show more respect if we left everything unspoken and implicit in our hearts: for what is left untouched is more likely to be judged at its true worth. Nevertheless, I should like to say a word about his gifts to enrich the urban population,<sup>1</sup> the largess distributed to civilians in its entirety, whereas the military received only half of their bonus.<sup>2</sup> This is sure indication of no ordinary spirit—to make a donation to those who could more easily have been refused—though in spite of this distinction, the rule of parity was not neglected, and the army was put on the same footing as the civilians in that it received its half-donation first, while the people who had the whole at once took second place. How generous

the "Veleian Table"); perhaps this was still being reorganized when the speech was delivered.

<sup>2</sup> The *donativum* to each soldier, paid in cash. Nerva had evidently paid it in full on his accession, or Pliny would not make much of Trajan's policy.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

benignitate divisum est, quantaque tibi curae fuit ne quis expert liberalitatis tuae fieret! Datum est his qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, aequatique sunt ceteris illi etiam quibus non 4 erat promissum. Negotiis aliquis valetudine alius, hic mari ille fluminibus distinebatur: expectatus est, provisumque, ne quis aeger ne quis occupatus ne quis denique longe fuisset; veniret quisque cum 5 vellet, veniret quisque cum posset. Magnificum, Caesar, et tuum disiunctissimas terras munificentiae ingenio velut admovere, immensaque spatia liberalitate contrahere, intercedere casibus occurrere fortunae, atque ope adniti, ne quis e plebe Romana dante congiarium te hominem se magis sentiret fuisse quam civem.

26. Adventante congiarii die observare principis egressum in publicum, insidere vias examina infantium futurusque populus solebat. Labor parentibus erat ostentare parvulos impositosque cervicibus 2 adulantia verba blandasque voces edocere: reddebant illi quae monebantur, ac plerique inritis precibus surdas principis aures adstrepebant, ignarique quid rogassent quid non impetrassent, donec plane scirent 3 differebantur. Tu ne rogari quidem sustinuisti et quamquam laetissimum oculis tuis esset conspectu Romanae sobolis impleri, omnes tamen ante quam te viderent adirentve, recipi incidi iussisti, ut iam inde ab infantia parentem publicum munere educa-

you were in your distribution, and what care you took to include everyone in your bounty! It was bestowed even on those whose names were listed after your edict, in place of some crossed off, while others ranked equal with the rest though not eligible at first. One man might be delayed by illness or his personal affairs, another held up by rivers or sea, but his share awaited him, to ensure that no one was left out for being sick, or too busy, or too far away. Everyone was to come when he wished or when he could. It was your special distinction, Caesar, to join, as it were, far distant lands by the ingenuity of your generosity, to contract vast spaces in the exercise of your liberality, to overcome hazards and oppose fortune, to use all your resources, in fact, to ensure that as regards your bounty every humble Roman should feel he was born a citizen as much as a man.

26. On the day for the distribution it had been the custom for swarms of children, the populace of the future, to watch for the emperor's public appearance and line his path. Every parent's concern was to show his little ones mounted on his shoulders, to teach them flattering words and fawning phrases, while they repeated their lessons, their vain pleas mostly falling on the emperor's deaf ears, to be brushed aside in their ignorance of what they asked and what was refused, until the day would come when they would understand all too well. You, however, would permit no requests. Though your eyes might be gladdened by the sight of the rising generation of Rome, you gave orders that every child must be admitted and enrolled before seeing or approaching you, so that henceforward reared on your bounty

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

tionis experirentur, crescerent de tuo qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua pervenirent, tantumque omnes uni tibi quantum parentibus suis 4 quisque deberent. Recte, Caesar, quod spem Romani nominis sumptibus tuis suscipis. Nullum est enim magno principe immortalitatemque merito impendii genus dignius, quam quod erogatur in 5 posteros. Locupletes ad tollendos liberos ingentia praemia et pares poenae cohortantur, pauperibus 6 educandi una ratio est bonus princeps. Hic fiducia sui procreatos nisi larga manu fovet auget amplectitur, occasum imperii occasum rei publicae accelerat, frustra que proceres plebe neglecta ut desectum corpore caput nutaturumque instabili 7 pondere tuetur. Facile est coniectare quod perceptis gaudium, cum te parentum liberorum, senum infantium<sup>1</sup> clamor exciperet. Haec prima parvulorum civium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum praestitisti, ne rogaerent.

27. Super omnia est tamen quod talis es, ut sub te liberos tollere libeat expediat. Nemo iam parens filio nisi fragilitatis humanae vices horret, nec inter insanabiles morbos principis ira numeratur. Magnum quidem est educandi incitamentum tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum; maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis. 2 Atque adeo nihil largiatur princeps dum nihil auferat, non alat dum non occidat; nec deerunt qui filios

<sup>1</sup> infantium *H*: infantium puerorum *X*.

---

plebis ac principis locus, siquidem per omne spatium  
una facies, omnia continua et paria, nec magis  
proprius spectanti Caesari suggestus quam propria  
5 quae spectet. Licebit ergo te civibus tuis invicem  
contueri; dabitur non cubiculum principis sed ipsum  
principem cernere in publico, in populo sedentem,  
populo cui locorum quinque milia adiecisti. Auxeras  
enim numerum eius congiarii facilitate maioremque  
in posterum suscipi liberalitatis tuae fide iusseras.

52. Horum unum si praestitisset alius, iam dudum  
illi radiatum caput et media inter deos sedes auro  
staret aut ebore, augustioribusque aris et grandiori-  
2 bus victimis invocaretur. Tu delubra non nisi  
adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro  
templis postibusque praetexi. Sic fit, ut di <tibi><sup>1</sup>  
sumum inter homines fastigium servent, cum  
3 deorum ipse non adpetas.<sup>2</sup> Itaque tuam statuam in  
vestibulo Iovis optimi maximi unam alteramve et hanc  
aeream cernimus. At paulo ante aditus omnes gradus  
totaque area hinc auro hinc argento relucebat, omnes  
seu potius polluebatur, cum incesti principis status

<sup>1</sup> tibi *add. Keil: om. M.*

<sup>2</sup> appetas *Livineius: adeptus M.*

---

<sup>1</sup> Confirmed by ILS 286 (S. 374 (a)).

PANEGYRICUS, 51. 3-52. 3

conquered the world, a sight to be seen on its own account as well as for the spectacles there to be displayed: to be seen indeed for its beauty, and still more for the way in which prince and people alike are seated on the same level. From one end to the other is a uniform plan, a continuous line, and Caesar as spectator shares the public seats as he does the spectacle. Thus your subjects will be able to look on you in their turn; they will be permitted to see not just the Emperor's box, but their emperor himself, seated among his people—the people to whom you have given an additional five thousand seats.<sup>1</sup> For you had already increased their number by the liberality of your largess, and had encouraged it to be further increased in future on the guarantee of your generosity.

52. If another had boasted a single one of these achievements he would long since have worn a nimbus round his head; a seat of honour wrought in gold or ivory would have been placed for him among the gods, and prayers offered in his name with major victims on the holiest of altars. But you enter the sanctuaries only to offer your own prayers—for you the highest honour is to have your statues placed outside the temples, on guard before the doors. This is why the gods have set you on the pinnacle of human power: they know that you do not covet their own. Of your statues, only one or two are to be seen in the vestibule of the temple of Jupiter Best and Highest, and these are made of bronze; whereas only recently every approach and step, every inch of the precinct was gleaming with silver and gold, or rather, was casting pollution, since the

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

4 permixta deorum simulacra sorderent. Ergo istae  
quidem aerae et paucae manent manebuntque  
quam diu templum ipsum, illae autem <aerae><sup>1</sup> et  
innumerabiles strage ac ruina publico gaudio  
litaverunt. Iuvabat illidere solo superbissimos vul-  
tus, instare ferro, saevire securibus, ut si singulos  
5 ictus sanguis dolorque sequeretur. Nemo tam  
temperans gaudii seraeque laetitiae, quin instar  
ultionis videretur cernere laceros artus truncata  
membra, postremo truces horrendasque imagines  
obiectas excoctasque flammis, ut ex illo terrore et  
6 minis in usum hominum ac voluptates ignibus  
mutarentur. Simili reverentia, Caesar, non apud  
genium tuum bonitati tuae gratias agi, sed apud  
numen Iovis optimi maximi pateris: illi debere nos  
quidquid tibi debeamus, illius quod bene facias,  
7 muneris esse qui te dedit. Ante quidem ingentes  
hostiarum greges per Capitolinum iter magna sui  
parte velut intercepti devertere via cogebantur, cum  
saevissimi domini atrocissima effigies tanto victi-  
marum cruore coleretur, quantum ipse humani  
sanguinis profundeabat.

53. Omnia, patres conscripti, quae de aliis princi-  
pibus a me aut dicuntur aut dicta sunt, eo pertinent

<sup>1</sup> aerae add. *Catanaeus: om. M.*

---

<sup>1</sup> *Ep.* IV. 11; *Suet. Dom.* 22. Domitian's mistress, Julia, was the daughter of Titus. (In fact, the *Lex Claudia* had

figures of the gods were defiled by having statues of an incestuous emperor in their midst.<sup>1</sup> And so your few statues of bronze stand and will stand as long as the temple itself, whereas those innumerable golden images, as a sacrifice to public rejoicing, lie broken and destroyed. It was our delight to dash those proud faces to the ground, to smite them with the sword and savage them with the axe, as if blood and agony could follow from every blow. Our transports of joy—so long deferred—were unrestrained; all sought a form of vengeance in beholding those bodies mutilated, limbs hacked in pieces, and finally that baleful, fearsome visage cast into fire, to be melted down, so that from such menacing terror something for man's use and enjoyment should rise out of the flames.

With the same reverence for the gods, Caesar, you will not allow public thanks for your benevolence to be addressed to your genius, but direct them to the godhead of Jupiter Best and Highest; to him, you say, we owe whatever we owe you, and your benefactions are the gift of him who gave you to us. Yet previously the vast herds of victims were often stopped on the Capitoline Way and large numbers forced to turn aside, for in honour of that grim statue of a brutal tyrant<sup>2</sup> the blood of victims had to flow as freely as the human blood he shed.

53. All that I say and have said, Conscript Fathers, about previous emperors is intended to show how

authorized marriage between uncle and niece: Suet. *Claud.* 26. 3; Tac. *Ann.* XII. 5.)

<sup>2</sup> The equestrian statue set up in 89 at the west end of the Forum; cf. Statius, *Silvae* I. 1.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

ut ostendam, quam longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus parens noster reformet et corrigat. Alioqui nihil non parum grate  
2 sine comparatione laudatur. Praeterea hoc primum erga optimum imperatorem piorum civium officium est, insequi dissimiles; neque enim satis amarit  
3 bonos principes, qui malos satis non oderit. Adice quod imperatoris nostri non aliud amplius ac diffusius meritum est, quam quod insectari malos principes  
4 tutum est. An excidit dolori nostro modo vindicatus Nero? Permitteret, credo, famam vitamque eius carpi qui mortem ulcisceretur, nec ut in se dicta  
5 interpretaretur, quae de simillimo dicerentur. Quare erga<sup>1</sup> te, Caesar, muneribus [omnibus<sup>2</sup>] tuis omnibus comparo, multis antepono, quod licet nobis et in praeteritum de malis imperatoribus cotidie vindicari et futuros sub exemplo praemonere, nullum locum nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a posterorum execrationibus conquiescant.  
6 Quo constantius, patres conscripti, et dolores nostros et gaudia proferamus; laetemur his quibus fruimur, ingemiscamus illis quae patiebamur; simul utrumque faciendum est sub bono principe. Hoc secreta nostra hoc sermones hoc ipsae gratiarum actiones agant,

<sup>1</sup> erga *H*: ergo *X*: ego *Keil*.

<sup>2</sup> omnibus *M*: del *corrector cod. Vat.*

our Father is amending and reforming the character of the principate which had become debased by a long period of corruption. Indeed, eulogy is best expressed through comparison, and, moreover, the first duty of grateful subjects towards a perfect emperor is to attack those who are least like him: for no one can properly appreciate a good prince who does not sufficiently hate a bad one. Furthermore, no service of our emperor's has spread so far in its effects as the freedom he allows us to criticize bad rulers with impunity. Have we already forgotten in our troubles how Nero was but lately avenged?<sup>1</sup> Can you imagine that *he* would have allowed the breath of criticism to fall on Nero's life and reputation, when he avenged his death? Would he not guess that anything said against one so like himself could be applied to him? And so in your case, Caesar, alongside all your other benefits and above many of them, I set our freedom to avenge ourselves daily on the evil emperors of the past, and to warn by example all future ones that there will be neither time nor place for the shades of disastrous rulers to rest in peace from the execrations of posterity. With all the more assurance, Conscript Fathers, can we therefore reveal our griefs and joys, happy in our present good fortune and sighing over our sufferings of the past, for both are equally our duty under the rule of a good prince. This then must we make the subject of our private talk, our public conversation

<sup>1</sup> In 95 Domitian condemned to death Epaphroditus, who had helped his master Nero to commit suicide (Suet. *Dom.* 14. 4). For an echo of these words cf. Tac. *Hist.* II. 76. 7: "An excidit trucidatus Corbulo?"

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

meminerintque sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprehendantur. Nam cum <de><sup>1</sup> malo principe posterī tacent, manifestum est eadem facere praesentem.

54. Et quis iam locus miserae adulationis manebat ignarus, cum laudes imperatorum ludis etiam et commissionibus<sup>2</sup> celebrarentur, saltarentur atque in omne ludibrium effeminatis vocibus modis gestibus frangerentur? Sed illud indignum, quod eodem tempore in senatu et in scaena, ab histrione et a  
2 consule laudabantur. Tu procul a tui cultu ludicras artes removisti. Seria ergo te carmina honorque aeternus annalium, non haec brevis et pudenda praedicatio colit; quin etiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgunt, quanto  
3 magis de te scaenae silebunt. Sed quid ego istud admiror, cum eos quoque honores qui tibi a nobis offeruntur aut delibare parcissime aut omnino soleas recusare? Nihil ante tam vulgare tam parvum in senatu agebatur, ut non laudibus principum immorarentur, quibuscumque censendi necessitas acci-  
4 disset. De ampliando numero gladiatorum aut de instituendo collegio fabrorum consulebamur, et quasi prolatis imperii finibus nunc ingentes arcus excessurosque templorum fastigium titulos, nunc menses

<sup>1</sup> de *add. corrector cod. Vat.*: *om. M.*

<sup>2</sup> commissionibus *Lipsius*: *commessacionibus M.*

and our speeches of thanks, never forgetting that an emperor is best praised in his lifetime through criticism of his predecessors according to their deserts. For when an evil ruler's survivors hold their peace, it is clear that his successor is no better.

54. Could any spot remain ignorant of the lamentable spirit of adulation in the country, when tribute to the emperors was paid in the form of shows and riotous entertainment,<sup>1</sup> where dancing and wailing ran through every kind of buffoonery and effeminacy, expressed in rhythmic antics and shrieks? But the scandal was that everything was approved in the Senate as well as on the stage, through consul and actor alike. You cut out all these stage performances from honours paid to you. Thus serious poetry and the everlasting glory of our historic past pay you tribute in place of a moment's disgraceful publicity; furthermore, the whole theatre-audience will rise to show its respect with all the more unanimity now that the stage is to say less of you. But why confine my admiration to this, when the other honours we offer you are always so sparingly accepted or else refused?<sup>2</sup> Hitherto, anyone called on to speak in the Senate, on any subject however slight and trivial, had to prolong his speech with adulation of the emperor. We debated the increase in number of gladiators or the founding of a workers' union; the boundaries of empire might have been extended as we discussed colossal arches and inscriptions too long for temple architraves, or else the months, when more than one were to take the

<sup>1</sup> Described in Suetonius, *Dom.* 4.

<sup>2</sup> Confirmed by *Ep.* X. 9. 2.



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

etiam nec hos singulos nomini Caesarum dicabamus. Patiebantur illi, et quasi meruissent laetabantur.  
5 At nunc quis nostrum tamquam oblitus eius de quo refertur censendi officium principis honore consumit? Tuae moderationis haec laus, <non><sup>1</sup> constantiae nostrae, et tibi obsequimur quod in curiam non ad certamen adulationum sed ad usum munusque iustitiae convenimus, hanc simplicitati tuae veritate gratiam relaturi, ut te quae vis velle, quae non  
6 vis nolle credamus. Incipimus inde desinimus ibi, a quo incipi in quo desini sub alio principe non posset. Nam plerosque ex decretis honoribus et alii non receperunt, nemo ante tantus fuit ut crederetur  
7 noluisse decerni; quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus aut saxis nomen tuum sed monumentis aeternae laudis inciditur.

55. Ibit in saecula fuisse principem cui florenti et incolumi numquam nisi modici honores, saepius nulli  
2 decernerentur. Et sane si velimus cum priorum temporum necessitate certare, vincemur; ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio veritate, servitus  
3 libertate, metus amore. Simul cum iam pridem novitas omnis adulatione consumpta sit, non alius erga te novus honor superest, quam si aliquando de  
4 te tacere audeamus. Age, si quando pietas nostra

<sup>1</sup> non *add. Lipsius: om. M.*

---

<sup>1</sup> Nero gave his name to April, and that of Claudius and Germanicus to May and June (*Tac. Ann. XV. 74. 1 and XVI.*

names of the Caesars.<sup>1</sup> For their part, the emperors suffered this and even enjoyed it, believing it their due. But which of us today spends the proper time for his speech on praising the emperor as if forgetful of the subject of debate? The credit here is due to moderation on your part, not self-restraint on ours; it is in obedience to your wishes that we assemble in the House not to compete in flattery but to practise and render justice, and to pay tribute to your open-hearted sincerity through our confidence that your likes and dislikes are genuinely what you say they are. We start and finish at a point where neither was possible when another was in power; for though there have been others who refused most of the honours offered them, no one was great enough before for us to believe that he did not want them offered. This, I think, is more splendid than any inscription, since your name is engraved not on beams of wood or blocks of stone but in the records of imperishable glory.

55. It will go down through the ages that there has been a prince to whom, in the full vigour of his lifetime, only modest honours were decreed, and, more often, none at all. Of course we cannot hope to compete with the compulsion of former times, for novelty is more readily devised by simulated than by genuine feeling, less successfully by freedom and affection than by servitude and fear. Since, therefore, adulation has exhausted any possibility of innovation, the only new way left for us to do you honour is to venture sometimes to say nothing. Ah,

12. 2). Domitian gave his title of "Germanicus" to September, and his own name to October (Suet. *Dom.* 13. 3).

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

silentium rupit et verecundiam tuam vicit, quae qualiaque aut decernimus nos, aut tu non recusas!— ut adpareat non superbia et fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris.

5 Pulchrius hoc, Caesar, quam si recusares omnes; nam recusare omnes ambitionis, moderatio est eligere parcissimos. Quo temperamento et nobis et aerario <consulis, nobis quidem quod omni liberas suspicione, aerario><sup>1</sup> autem, quod sumptibus eius adhibes modum, ut qui exhaustum non sis innocentium bonis

6 repleturus. Stant igitur effigies tuae, quales olim ob egregia in rem publicam merita privatis dicantur; visuntur eadem e materia Caesaris statuae

7 qua Brutorum qua Camillorum. Nec discrepat causa: illi enim reges hostemque victorem moenibus depulerunt, hic regnum ipsum quaeque alia captivitas gignit, arcet ac summovet, sedemque obtinet principis

8 ne sit domino locus. Ac mihi intuenti sapientiam tuam minus mirum videtur, quod mortales istos caducosque titulos aut depreceris aut temperes; scis enim ubi vera principis, ubi sempiterna sit gloria. Hi sunt honores in quos nihil flammis, nihil senectuti,

9 nihil successoribus liceat. Arcus enim et statuas, aras etiam templaque demolitur et obscurat oblivio,

<sup>1</sup> *lacunam explevit corrector cod. Vat.: om. M.*

<sup>1</sup> D. Junius Brutus, who expelled the Tarquins in 510 B.C. had his statue on the Capitol. M. Furius Camillus, who drove

if ever our loyal devotion breaks its silence and overcomes your hesitation, what honours shall we decree and you be glad to accept! Then it will be made plain that it was not pride and contempt which made you refuse the highest honours while accepting lesser ones, for this, Caesar, was nobler on your part than to refuse all: to refuse all would be merely courting favour, while it is true modesty to choose the lowest. The same spirit of moderation marks your relations with us, and with the treasury; we need not feel that our motives are suspect, and the treasury has a limit set to its expenditure, since you are not minded to replenish it (if emptied) from the wealth of innocent men. And so statues are put up for you as they were for individuals in times past for their outstanding services to the State; Caesar's portrait is there for all to see, fashioned from the same bronze as that of a Brutus or a Camillus, and for the same reason<sup>1</sup>—for they expelled the tyrant kings and conquering foe from the walls of Rome, while Caesar sweeps tyranny away, banishes all that captivity has bred, and makes sure that the imperial seat he holds shall never be a tyrant's throne. And knowing your wisdom as I do, I find it less remarkable that you set aside or limit those titles which are mortal and must perish; for you know where lies the true, eternal glory of a prince. Therein are the honours over which devouring flames, passage of time, the hands of a successor have no power. Arches and statues, even altars and temples must all decay, to

the Gauls from Latium in the fourth century, had his in the Forum. Cf. 13. 4.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

- neglegit carpitque posteritas: contra contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate florescit, nec ab ullis magis laudatur quam quibus minime necesse est. Praeterea ut quisque factus est princeps, extemplo fama eius, incertum bona an mala, ceterum aeterna est.
- 10 Non ergo perpetua principi fama, quae invitum manet, sed bona concupiscenda est; ea porro non imaginibus et statuis, sed virtute ac meritis pro-
- 11 rogatur. Quin etiam leviora haec, formam principis figuramque, non aurum melius vel argentum quam favor hominum exprimat teneatque. Quod quidem prolixè tibi cumulateque contingit, cuius laetissima facies et amabilis vultus in omnium civium ore oculis animo sedet.

56. Adnotasse vos credo, patres conscripti, iam dudum me non eligere quae referam. Propositum est enim mihi principem laudare, non principis facta. Nam laudabilia multa etiam mali faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. Quare non alia maior, imperator auguste, gloria tua quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum

2 [est].<sup>1</sup> Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquam praedicatio vel transilire vel praetervehi debeat? Quod momentum, quod immo temporis punctum, aut beneficio sterile aut vacuum laude? Non omnia eius modi, ut is optime te laudasse videatur, qui narraverit fidelissime? Quo fit ut prope in immensum diffundatur oratio mea, et

<sup>1</sup> omittendum est quid est *M*: omittendum ecquid *Livineius*.

be lost in oblivion, for posterity to neglect or revile; in contrast, a spirit which is above ambition, which can hold in check the temptations of power unbounded, blossoms as the years go by and hears its praise most often on the lips of those who are least forced to sing it. Moreover, an emperor is no sooner elected than his fame is assured for all time, for better or worse; he need not seek a lasting reputation (it will last in spite of him) but a good one: and this is preserved not in portraits and statues but in virtue and good deeds. His form and features too, so short-lived as they are, are not so well expressed and retained in silver and gold as by his people's love. That happy fortune is yours to enjoy, in every way you could desire, for your radiant face and beloved countenance dwell in the words, the looks, the thoughts of all your subjects.

56. I dare say you have noticed, Conscript Fathers, that I have long since stopped selecting what I shall say; for I set out to praise my prince in person, and not his actions. Many deeds may be admirable though bad men do them, but a man can only win praise for himself if he possesses true virtue. Wherefore, august Emperor, nothing can bring you greater glory than the fact that in expressing our thanks we have nothing to omit or conceal. Is there anything in your principate which a panegyrist must hurry over with a passing word? Any moment or instant of time which has yielded no benefit and commands no approbation? Does not everything combine to make the highest praise of you no more than a faithful record of the truth? And so my speech could be infinitely prolonged, although the period of

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 necdum de biennio loquor. Quam multa dixi de moderatione, et quanto plura adhuc restant! ut illud, quod secundum consulatum recepisti, quia princeps et pater deferebat; at postquam ad te imperi summam, et cum omnium rerum tum etiam tui potestatem, di transtulerunt, tertium consulatum recusasti, cum agere tam bonum consulem posses.

4 Magnum est differre honorem, gloriam maius. Gestum consulatum mirer an non receptum?—gestum non in hoc urbis otio et intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare praetextam igno-

5 tasque terras victoria sequi. Pulchrum imperio gloriosum tibi, cum te socii atque amici sua in patria,

6 suis in sedibus adierunt. Decora facies multa post saecula consulis tribunal viridi caespite exstructum, nec fascium tantum sed pilorum signorumque honore circumdatum. Augebant maiestatem praesidentis diversi postulantium habitus ac dissonae voces,

7 raraque sine interprete oratio. Magnificum est civibus iura, quid hostibus reddere! speciosum certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli victorisque vestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, spernere barbaros

---

<sup>1</sup> Probably Pliny means the period from 28 January 98 when Trajan succeeded Nerva to 1 January 100, when he assumed his third consulship. He was consul for the second time on 1 January 98, first with Nerva, then with Sex. Julius Frontinus.

<sup>2</sup> Cf. 57. 1. Trajan could have assumed a third consulship when he became emperor in January 99.

which I speak is less than two years.<sup>1</sup> I have said much about your moderation, but how much more is still unsaid! For example: you accepted a second consulship because an emperor, your father, bestowed it; but later on, when the gods placed supreme authority in your hands, that power to direct your own future as well as everything else, you refused the consulate a third time, although you could have assumed its duties so well.<sup>2</sup> It is noble to postpone a distinction, nobler still to put aside the glory it would bring you. Which commands my admiration more—the consulship you refused or the one you held? and held not in the tranquil atmosphere of the city deep in the embrace of peace, but in the face of savage tribes, like those heroes of old who changed the toga of office for a soldier's cloak and carried victory to lands unknown. It brought honour for the empire and distinction to you, when friends and allies sought audience in their own countries, their native lands; it was a splendid sight after so many years to see green turf piled high for a consul's tribunal, with the soldiers' javelins and standards for a guard of honour alongside the rods of office, and you presiding in person, your majesty enhanced by contrast with the varied garb of your petitioners and their discordant voices, their speeches seldom dispensing with an interpreter. If it is noble to administer justice to fellow-citizens, what is it to enemies! The splendour of occupying a curule chair in the assured peace of the forum pales beside the glory of setting it up in vast open spaces in the conqueror's wake, with calm and security acting as a threat to hostile river-banks; the glory too of scorn-



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

fremitus hostilemque terrorem non armorum magis  
8 quam togarum ostentatione compescere! Itaque  
non te apud imagines sed ipsum praesentem audien-  
temque consulabant imperatorem, nomenque quod  
alii domitis hostibus, tu contemptis merebare.

57. Haec laus acti consulatus, illa dilati, quod  
adhuc initio principatus ut iam exsatiatus honoribus  
et expletus consulatum recusasti, quem novi im-  
2 peratores destinatum aliis in se transferebant. Fuit  
etiam qui in principatus sui fine, consulatum quem  
dederat ipse, magna ex parte iam gestum extorqueret  
et raperet. Hoc ergo honore, quem et incipientes  
principes et desinentes adeo concupiscunt ut auferant,  
3 tu otioso ac vacante privatis cessisti. Invidiosusne  
erat aut tibi tertius consulatus aut principi primus?  
Nam secundum imperator quidem, sub imperatore  
tamen inisti, nihilque imputare in eo vel honori potes  
4 vel exemplo nisi obsequium. Ita vero, quae civitas  
quinquies atque etiam sexies consules vidit, non illos  
qui expirante iam libertate per vim ac tumultum  
creabantur, sed quibus sepositis et absentibus in  
rura sua consulatus ferebantur, in hac civitate  
tertium consulatum princeps generis humani ut

<sup>1</sup> Nero, in his panic over the revolt of Vindex (Suet. *Nero* 43).

<sup>2</sup> Cf. 8. 3-4. Pliny speaks in exaggerated terms: Trajan had received the titles of *Caesar*, *Imperator* and *Germanicus* on his adoption, but was never joint emperor with Nerva.

<sup>3</sup> e.g. L. Papirius Cursor, Q. Fabius Maximus, M. Claudius Marcellus (five times); Quinctius Capitolinus (six times).

ing the cries of savages, and displaying the toga instead of parading arms to quell fear of the foe! Thus you were hailed as *imperator* not in effigy but in person, in your own hearing; others had to defeat an enemy to win this title, but it was yours for your cool indifference to his threats.

57. So much for the fame of the consulship you held. Now for the one you postponed, when your principate had only just begun and (as if sated and surfeited with honours) you refused the office of consul which newly-elected emperors had previously claimed even when it was assigned to others. One of them at the end of his reign had even snatched away a consulship he had bestowed himself and which had nearly run its course.<sup>1</sup> This then was a distinction so coveted by emperors, whether beginning or ending their reigns, that they could seize it from its bearers; yet you left it for your subjects, even when it was vacant and unoccupied. Should we have begrudged you a third consulship? Or a first one in your new capacity as our prince? You were in fact emperor when you entered your second one, but were still serving under another emperor,<sup>2</sup> and could only claim credit by setting an example of obedience. Why, the country has seen men five or six times consul,<sup>3</sup> and not only those named amid the violence and confusion of the times when liberty breathed her last<sup>4</sup> but those to whom the office was brought at their country homes far away from Rome:<sup>5</sup> could it look on while a prince and leader of mankind refused a third consulship as likely to be unpopular

<sup>4</sup> Marius seven times; Caesar, five times consul.

<sup>5</sup> e.g. L. Quinctius Cincinnatus, C. Atilius Regulus.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

5 praegravem recusasti? Tantone Papiriis etiam et  
Quintiis moderatior Augustus et Caesar et pater  
patriae? At illos res publica ciebat. Quid? te non  
eadem res publica, non senatus, non consulatus ipse,  
qui sibi tuis umeris attolli et augescere videtur?

58. Non te ad exemplar eius voco, qui continuis  
consulatibus fecerat longum quendam et sine dis-  
crimine annum: his te confero quos certum est,  
quotiens consules fuerunt, non sibi praestitisse.  
Erat in senatu ter consul, cum tu tertium consulatum  
2 recusabas. Onerosum nescio quid verecundiae tuae  
consensus noster indixerat, ut princeps totiens consul  
esses quotiens senator tuus: nimia modestia istud  
3 etiam privatus recusasses. An consularis viri tri-  
umphalisque filius cum tertio consul creatur ascendit?  
non debitum hoc illi, non vel sola generis claritate  
promeritum? Contigit ergo privatis aperire annum  
fastosque reserare, et hoc quoque redditae libertatis  
indicium fuit quod consul alius quam Caesar esset.  
Sic exactis regibus coepit liber annus, sic olim  
4 servitus pulsa privata fastis nomina induxit. Miseros  
ambitionis, qui ita consules semper, ut semper  
principes erant! Quamquam non ambitio quam  
livor et malignitas videri potest, omnes annos possi-

---

<sup>1</sup> Domitian was consul 17 times, and in 84 was nominated for 10 years, though the sequence was broken in 89 (Suetonius, *Dom.* 13. 3; Dio LXVII. 4. 3).

<sup>2</sup> Unidentified. Possibly Fabricius Veiento (Syme, *JRS* XX), consul <sup>3</sup> in 83.

with his people? Are you to be so much more modest than a Papirius or a Quinctius—you who are Augustus and Caesar and the Father of your country? There was a republic then, you say, to summon them; but surely there is still a republic to call on you, as well as a Senate, and the consulate itself, which must be honoured and ennobled if you will shoulder its responsibilities.

58. I am not asking you to model yourself on him<sup>1</sup> whose successive consulships dragged the long year out without a break, only drawing a comparison with those who have thought little of their several consulships. A member of the Senate had been consul three times at the moment when you refused to hold office a third time.<sup>2</sup> Evidently we asked too much of your modesty by our unanimous request that our prince should be consul as often as one of his own senators, but your diffidence about accepting would have been excessive even in an ordinary citizen. Can a third consulship really be promotion for the son of a consular father granted a triumph? Is it not rather his due, his proper reward, if only as a member of a distinguished family? And so ordinary people enjoyed the honour of opening the year and heading the official calendar, and this too was proof of liberty restored: the consul now need not be Caesar. (The year began in freedom in the same way after the kings were expelled, long ago when the appearance of individual names in the calendar marked the end of servitude.) O wretched ambition in those who sought to match their lifelong power with a perpetual consulship! Or perhaps not ambition so much as spiteful jealousy, to appropriate

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

dere, summumque illud purpurae decus non nisi  
5 praecertum praefloratumque transmitters. Tuam  
vero magnanimitatem an modestiam an benignitatem  
prius mirer? Magnanimitatis fuit expetito semper  
honore abstinere, modestiae cedere, benignitatis per  
alios frui.

59. Sed iam tempus est te ipsi consulatui praestare,  
ut maiorem eum suscipiendo gerendoque facias.  
Nam saepius recusare ambiguum ac potius illam  
interpretationem habet, tamquam minorem putes.  
Tu quidem ut maximum recusasti; sed hoc persuadere  
2 nemini poteris, nisi aliquando et non recusaveris.  
Cum arcus cum tropaea cum statuas deprecaris, tribu-  
enda est verecundiae tuae venia; illa enim sane tibi  
dicantur. Nunc<sup>1</sup> vero postulamus, ut futuros prin-  
cipes doceas inertiae renuntiare paulisper, delicias  
differre paulisper, et saltem ad brevissimum tempus  
ex illo felicitatis somno velut excitari; induere  
praetextam quam cum dare possent occuparint,  
ascendere curulem quam detineant, esse denique  
quod concupierint, nec ideo tantum velle consules  
3 fieri ut fuerint. Gessisti alterum consulatum, scio;  
illum exercitibus, illum provinciis, illum etiam exteris  
gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audi-  
mus quidem te omne munus consulis obisse, sed  
audimus; diceris iustissimus humanissimus patientis-

<sup>1</sup> nunc *Lipsius*: cum *M*.

every year and pass on the official purple only when its lustre was tarnished after use. Where then shall I give my highest praise—to the noble spirit in you which led you to deny an honour always sought after, to the moderation which made you yield it to others, or to the benevolence which enabled you to enjoy it through them?

59. Even so, the time has come for you to offer yourself for the consulate, and increase its status by taking and holding it in person. To refuse it too often can be misinterpreted, or give the impression that you value it too little. In fact, of course, you refused because you value it so highly, but you will convince no one of this unless one day you accept. You may beg to be spared trophies and statues and arches of triumph and must be forgiven for your modesty, for these are clearly offered to you personally. But what we are asking now is that you teach future emperors to break away from their inertia and suspend their pleasures for a while, to rouse themselves for a moment at least, and not sleep away their good fortune: to put on the toga of office which is already in their possession as it is in their power to give, to mount the curule chair which they are keeping empty: in short, to be what they have really wished to be, and not to agree to become consul only to say they have been one. You have held a second consulship, I know, but the armies, the provinces, even foreigners can be said to have benefited from it, not any of us. Certainly we have heard it said that you fulfilled every duty as a consul, but what is hearsay? And the rumour goes that you were the very soul of justice, kindness, and consideration, but it is only

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

simus fuisse, sed diceris. Aequum est aliquando nos iudicio nostro oculis nostris, non famae semper et rumoribus credere. Quousque absentes de absente 4 gaudebimus? Liceat experiri an aliquid superbiae tibi ille ipse secundus consulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum medius annus 5 valet, in principum plus. Didicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes inesse; cupimus tamen experiri, an nunc quoque una eademque res 6 sit bonus consul et bonus princeps. Nam praeter id quod est arduum, duas easque summas potestates simul capere, tum inest utrique non nulla diversitas, cum principem quam simillimum esse privato, consulem quam<sup>1</sup> dissimillimum deceat.

60. Atque ego video proximo anno consulatus recusandi hanc praecipuam fuisse rationem, quod eum absens gerere non poteris. Sed iam urbi votisque publicis redditus, quid est in quo magis sis adprobaturus, quae quantaque fuerint quae desiderabamus? Parum est ut in curiam venias, nisi et convocas; ut intersis senatui, nisi et praesides; 2 ut censentes audias, nisi et perrogas. Vis illud augustissimum consulum aliquando tribunal maiestati suae reddere? ascende. Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam pos- 3 tulantibus? adire.<sup>2</sup> Quod enim interesset rei publicae, si privatus esses, consulem te haberet tantum

<sup>1</sup> simillimum esse privato, consulem quam *Cuspinianus*: om. *M.*

<sup>2</sup> adire *codd.*: accipe *Kukula*: audi, adside, assiste, *alii alia*.

<sup>1</sup> A Stoic doctrine. Cf. Cic. *de Off.* II. 35.

<sup>2</sup> Not strictly impossible; cf. Suetonius, *Aug.* 26. 3.

rumour. It is only right that we should be able one day to trust the evidence of our own eyes and our own judgement, and not always have to rely on your reputation and reports. How long are we to rejoice in your existence without ever having you in our midst? Let us see whether that second consulship of yours has not really made you give yourself airs! A year's interval can make a big difference in a man's character, and even more in a prince's. We are told that possession of one virtue means possession of all,<sup>1</sup> but all the same we want to know whether a good consul and a good prince are still one and the same today. For apart from the general difficulty of exercising two kinds of supreme power at the same time, there is a certain contradiction between them: for a prince should resemble as much and a consul as little as possible an ordinary citizen.

60. I do of course realize that your chief reason last year for refusing the consulship was the impossibility of holding it in absence.<sup>2</sup> But now that you are restored to Rome in answer to our prayers, how else can you give better proof to us of those great qualities in you which we missed when you were away? It is not enough for you to enter the House if you do not bid us assemble; you should not be present at our meetings without presiding, nor listen to speeches unless you call on the speakers. Would you restore its former majesty to the consuls' tribunal, once so much revered? Then mount it. Do you want to strengthen respect for the magistrates, spread restraint among litigants, and confirm the authority of the law? Then let men come before you. Rest assured that your country's present



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

an et senatorem, hoc nunc scito interesse, principem  
4 te habeat tantum an et consulem. His tot tantisque  
rationibus quamquam multum reluctata, verecundia  
principis nostri tandem tamen cessit. At quemad-  
modum cessit? Non se ut privatis, sed ut privatos  
sibi pares faceret. Receptit enim tertium consulatum,  
5 ut daret. Noverat pudorem noverat moderationem  
hominum, qui non sustinerent tertio consules esse  
nisi cum ter consule. Bellorum istud sociis olim,  
periculorum consortibus, parce tamen tribuebatur,  
quod tu singularibus viris ac de te quidem bene ac  
6 fortiter sed in toga meritis praestitisti. Utriusque  
cura utriusque vigilantia obstrictus es, Caesar. Sed  
in principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet  
obligatum, aut si putet amet. Debes ergo, Caesar,  
et solvis, et cum ter consules facis non tibi magnus  
princeps sed non ingratus amicus videris; quin etiam  
perquam modica quaedam civium merita fortunae  
7 tuae viribus in maius extollis. Efficis enim ut  
tantum tibi quisque praestitisse videatur, quantum  
a te recepit. Quid isti benignitati precer, nisi ut  
semper obliges obligeris, incertumque facias, utrum  
magis expediat civibus tuis debere tibi an praestitisse!  
61. Equidem illum antiquum senatum contueri

---

<sup>1</sup> Trajan was consul for the third time in 100, from January to February with Sex. Julius Frontinus, and from March to April with someone unidentified (possibly Vestricius Spurinna). A third consulship was the highest honour possible for a senator (cf. *Ep.* II. 1. 2).

interest in wanting to see you consul as well as emperor is simply what it would be if you were an ordinary citizen and could be senator and consul as well.

Thus these repeated, cogent arguments have broken down the long resistance of our prince's modesty, and at last he has yielded.<sup>1</sup> In what way? Not by descending to his subjects' level, but by raising them to his; for he accepted a third consulship only to be able to bestow one. He knew the moderation and reluctance of those who would accept a third consulship only as colleagues of another who was three times consul. This honour used to be granted in the past to allies in war and companions in danger, and only in rare cases; yet you bestowed it on two outstanding individuals who had served you well and bravely but as civilians. In both cases, the watchful care of your colleague set a restriction on you, Caesar; but it is rare and almost unknown in a prince to think himself under any restraint, or to welcome it if he does. This then is a debt which you wish to repay, and in doing so by granting a third consulship you see yourself not as a great emperor so much as a not ungrateful friend. Moreover, however modest the services of your subjects, you ennoble them by virtue of your rank, for everyone is made to feel that he has given as much as he has received from you. Your generosity leaves me with nothing to ask, save that you will always create these mutual obligations, and so leave your subjects in doubt whether they do better as your debtors or your creditors.

61. For my part, I thought I had the great Senate

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

videbar, cum ter consule adsidente tertio consulem designatum rogari sententiam cernerem. Quanti 2 tunc illi quantusque tu! Accidit quidem ut corpora quamlibet ardua et excelsa procerioribus admota decrescant, item ut altissimae civium dignitates collatione fastigii tui quasi deprimantur, quantoque propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum 3 etiam a sua descendisse videantur. Illos tamen tu, quamquam non potuisti tibi aequare cum velles, adeo in edito collocasti, ut tantum super ceteros quantum 4 infra te cernerentur. Si unius tertium consulatum eundem in annum in quem tuum contulisses, ingentis animi specimen haberetur. Ut enim felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum 5 possis. Laudandus quidem et ille qui consulatum tertium meruit, sed magis sub quo meruit: magnus memorandusque qui tantum praemium cepit, sed 6 maior qui capienti dedit. Quid quod duos pariter tertio consulatu, duos collegii tui sanctitate decorasti? ut sit nemini dubium hanc tibi praecipuam causam fuisse extendendi consulatus tui, ut duorum consulatus amplecteretur collegamque te non uni daret. 7 Uterque nuper consulatum alterum gesserat a patre tuo (id est quanto minus quam a te!) datum; utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi fascēs oberrabant, utriusque sollemnis ille lictorum et praenuntius clamor auribus insederat, cum rursus

---

<sup>1</sup> Frontinus was consul for the second time in 98.

of past times before my eyes when I beheld a consul for the third time seated by your side, and a consul-elect, again for the third time, called upon to speak. This was their finest hour, as it was also yours! Tall men, however erect, normally look smaller by the side of those who are taller still; in the same way, your subjects' highest honours are diminished by comparison with your own exalted state, and the nearer they approach to your eminence, the more they seem to lose of their own. Such men could never be made your equal, however much you wished, but you raised them sufficiently high for them to stand out above the rest as you did above them. If you had singled out one person only for a third consulship during the year you held your own it would have been clear proof of your magnanimity—for if success means the power to do all one wishes, magnanimity is the will to do all one can. In that case there would have been praise for the man who earned his third consulship, but more for the prince under whom he earned it; the winner of such a prize might be great and memorable, but how much greater the one who awarded it! Well: did you not choose two for the honour of a third consulship, two for the sacred privilege of being your colleague? (No one then can doubt that your chief reason for extending your own consulship was to cover not one but both of theirs.) Both had recently held a second consulship, received from your father<sup>1</sup>—which is not quite the same as having it granted by you; for both, the rods of office so lately laid aside were still before their eyes, and the traditional cries of the lictors heralding their approach still ringing in

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

posses in fine votorum adiecisses ut ita precibus tuis  
di adnuerent, si iudicium nostrum mereri perseve-  
rasses? Adeo nihil tibi amore civium antiquius, ut  
ante a nobis deinde a dis, atque ita ab illis amari  
4 velis, si a nobis ameris. Et sane priorum principum  
exitus docuit, ne a dis quidem amari nisi quos  
homines ament. Arduum erat has preces tuas  
5 laudibus adaequare; adaequavimus tamen. Qui  
amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis  
exclamationes subiecerunt! Non nostri, Caesar,  
ingenii, sed tuae virtutis tuorumque meritorum  
voces fuerunt, quas nulla umquam adulatio invenit,  
6 nullus cuiquam terror expressit. Quem sic timuimus  
ut haec fingeremus? quem sic amavimus ut haec  
fateremur? Nosti necessitatem servitutis: ecquando  
7 simile aliquid audisti, ecquando dixisti? Multa  
quidem excogitat metus, sed quae adpareant quaesita  
ab invitis. Aliud sollicitudinis aliud securitatis in-  
genium est; alia tristium inventio, alia gaudentium:  
neutrum simulationes expresserint. Habent sua  
verba miseri, sua verba felices, utque iam maxime  
eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur.

73. Testis ipse es quae in omnium ore laetitia.  
Non amictus cuiquam non habitus quem modo  
extulerat. Inde resultantia vocibus tecta, nihilque  
2 tantis clamoribus satis clausum. Quis tunc non e

---

<sup>1</sup> Cf. the coin legend *Felicitas*.

any more than you can without us.<sup>1</sup> Or should you (if it were possible) have ended by asking the gods to grant your prayers only so long as you continued to merit our esteem? Nothing stands higher with you than your subjects' affection: so much so, that you would put our love before that of the gods, and desire theirs only if you have ours. Certainly the fate of your predecessors has taught you that no one can expect the gods to love him when men do not. It was difficult for us to match these prayers of yours with appropriate acknowledgement, but we managed to do so; such was the warmth of our feeling and our enthusiasm, which set a torch to our cries of acclamation! No mental power on our side prompted these words, Caesar, but your own virtue, your own merits—words such as no adulation has ever devised nor terror wrung out. Whom have we feared so as to conjure up these expressions, or loved so as to produce an avowal like this? You know the exigencies of servitude; have you ever heard or said the like? Fear may indeed be inventive, but the result is far-fetched and constrained. The very nature of anxiety is not that of security, and misery has quite different resources at its command from joy: neither can be prompted by pretended emotion. Unhappiness has its own language, and so has good fortune, and even if what they say is identical, it is differently worded.

73. You witnessed yourself the happiness in the faces of us all. None kept his cloak or dress as when he lately left his home, as we raised the roof with our cheers; nothing could shut in such cries. Not a man but leapt to his feet, unconscious of having done so,

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

vestigio suo exsiluit? quis exsiluisse sensit? Multa  
 fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio;  
 3 nam gaudio quoque cogendi vis inest. Num ergo  
 modum ei tua saltem modestia imposuit? Non  
 quanto magis a te reprimebatur exarsimus? non  
 contumacia, Caesar; sed ut in tua potestate est an  
 4 gaudeamus, ita in quantum nec in nostra. Com-  
 probasti et ipse acclamationum nostrarum fidem  
 lacrimarum tuarum veritate. Vidimus humescentes  
 oculos tuos demissumque gaudio vultum, tantumque  
 5 sanguinis in ore quantum in animo pudoris. Atque  
 hoc magis incensi sumus ut precaremur, ne quando  
 tibi non eadem causa lacrimarum, utque numquam  
 6 frontem tuam <adduceres>.<sup>1</sup> Hoc ipsum has nos  
 sedes quasi responsuras interrogemus, viderintne  
 unquam principis lacrimas; at senatus saepe  
 viderunt. Onerasti futuros principes, sed et posteros  
 nostros. Nam et hi a principibus suis exigent, ut  
 eadem audire mereantur, et illi quod non audiant  
 indignabuntur.

74. Nihil magis possum proprie dicere, quam quod  
 dictum est a cuncto senatu: "O te felicem"! Quod  
 cum diceremus, non opes tuas sed animum mira-  
 bamur. Ea enim demum vera felicitas, felicitate  
 2 dignum videri. Sed cum multa illo die dicta sunt  
 sapienter et graviter, tum vel in primis: "Crede  
 nobis, crede tibi." Magna hoc fiducia nostri, maiore

<sup>1</sup> adduceres *add. Schuster: om. M.*

for we did much self-prompted, and still more by some instinct or authority—even behind rejoicing there is a driving force. No thought for your modesty could restrain us—our fervour leapt into flames the more you would have damped it down. This was no wilful disobedience, Caesar; yours is the power to release our joy, but its extent is beyond our control. On your part, too, you confirmed the sincerity of our acclamation by the unfeigned shedding of your tears. We saw your eyes wet, your face overcome by joy; we saw your blushes give outward expression to the sense of unworthiness in your heart. This fired us the more to pray that you would never have a different cause for tears or anything to cloud your face. And to these seats of ours we must put a question, as if they could make reply: have they ever seen an emperor's tears? (The Senate's they have witnessed often enough.) You have laid a heavy burden on emperors to come, and no less on our successors, who will expect their princes to be worthy to receive a similar acclamation; while these princes will feel slighted because they do not.

74. I can find no more appropriate word than the one voiced by the entire Senate in hailing you as "fortunate." Here we were referring not to your material wealth but to your inner self, for genuine good fortune lies in being judged worthy of enjoying it. But among the many words of weight and wisdom spoken on that day,<sup>1</sup> these must be singled out: "Trust us, trust yourself." This was said with great

<sup>1</sup> These are the *acclamations* greeting the proposals of the emperors. Examples are quoted at length in *SHA. Alex. Sev.* 6-7, *M. Claud. Tac.* 4-5.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 tamen tui diximus. Alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit, introspiciat modo vitam seque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus nostris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Quamvis enim faceremus quae amantes solent, illi tamen non amari se credebant  
4 sibi. Super haec precati sumus, ut sic te amarent di quemadmodum tu nos. Quis hoc aut de se aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis quidem haec fuit summa votorum, ut nos sic amarent di quomodo tu. Estne verum, quod inter ista clamavimus: "O nos felices"? Quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optandum est, ut nos diligat princeps, sed di quemadmodum princeps?  
5 Civitas religionibus dedita, semperque deorum indulgentiam pie merita, nihil felicitati suae putat adstrui posse, nisi ut di Caesarem imitentur.

75 Sed quid singula consector et colligo? quasi vero aut oratione complecti aut memoria consequi possim, quae vos, patres conscripti, ne qua interciperet oblivio, et in publica acta mittenda et  
2 incidenda in aere censuistis. Ante orationes principum tantum eius modi genere monumentorum mandari aeternitati solebant, acclamationes quidem nostrae parietibus curiae claudebantur. Erant enim quibus nec senatus gloriari nec principes possent.

---

<sup>1</sup> The *acta diurna*; cf. *Ep.* V. 13. 8. Inscribing on bronze, Dio LX. 10. 2.; LXI. 3. 1.

confidence in ourselves, but greater still in you; for a man may deceive another, but no one can deceive himself, so long as he looks closely at his life and asks himself what are his true deserts. Moreover, our words carried conviction in the hearing of the best of princes through the very factor which made them unconvincing to his evil predecessors; for though we went through the motions of affection before them, they could never believe that they were genuinely liked. Furthermore, we prayed that the gods should love you as you do ourselves, and who would say this of himself or to a prince who showed only lukewarm affection? On our own account, the sum of our prayers was simply that the gods should love us as you do. Amidst our acclamation of yourself we declared ourselves happy too: has this not the ring of truth? How could we be happier? Secure in our prince's love, we have only to hope that the gods will love us in the same way. And so this city which has always shown its devotion to religion and earned through piety the gracious favour of the gods has only one thought for the completion of its happiness: the gods must follow where Caesar shows the way.

75. But why trouble to assemble all these details? I could hardly hope to keep in mind or cover in a speech all that you, Conscript Fathers, decided to save from oblivion by publishing in the official records and inscribing on bronze.<sup>1</sup> Hitherto, only the speeches of the emperors were made safe for all time by records of this kind, while our acclamations went no farther than the walls of the senate-house; and indeed, these were such that neither Senate nor prince could take pride in them. Today these have

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

3 Has vero et in vulgus exire et posteris prodi cum ex  
 utilitate tum ex dignitate publica fuit, primum ut  
 orbis terrarum pietatis nostrae adhiberetur testis et  
 conscius; deinde ut manifestum esset audere nos de  
 bonis malisque principibus non tantum post ipsos  
 iudicare; postremo ut experimento cognosceretur  
 et ante nos gratos, sed miseros fuisse, quibus esse nos  
 4 gratos probare antea non licuit. At qua contentione,  
 quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne  
 adfectus nostros ne tua merita supprimeres, denique  
 5 ut in posterum exemplo provideres! Discant et  
 principes acclamationes veras falsasque discernere,  
 habeantque muneris tui quod iam decipi non poterunt.  
 Non instruendum illis iter ad bonam famam, sed non  
 deserendum; non submovenda adulatio sed non  
 reducenda est. Certum est et quae facere et quae  
 6 debeant audire si faciant. Quid nunc ego super ea,  
 quae sum cum toto senatu precatus, pro senatu  
 precer, nisi ut haereat animo tuo gaudium, quod  
 tunc oculis protulisti; ames illum diem et tamen  
 vincas, nova merearis, nova audias? eadem enim  
 dici nisi <ob eadem><sup>1</sup> facta non possunt.

76. Iam quam antiquum quam consulare, quod  
 triduum totum senatus sub exemplo patientiae tuae  
 sedit, cum interea nihil praeter consulem ageres!  
 2 Interrogatus censuit<sup>2</sup> quisque quod placuit; <licuit><sup>3</sup>

<sup>1</sup> ob eadem *add. Catanaeus, om. M. lacunam post nisi statuit Keil, Mynors.*

<sup>2</sup> interrogatus censuit *Mueller: interrogavit M.*

<sup>3</sup> licuit *add. Haupt, om. M.*

---

<sup>1</sup> The final summing-up at the trial of Marius Priscus (cf. *Ep. II. 11*).

been sent out into the world and passed on to posterity both in the general interest and to do honour to us all; firstly, so that the world could be summoned as an active witness to our loyalty, secondly to demonstrate that we were not afraid to pass judgement on good and bad rulers even in their lifetime, finally to give proof that though previously we were not ungrateful, we were unhappy so long as we were denied the opportunity of making our gratitude known. Now we are all eagerness and determination, clamouring for you not to set limits to our feelings or your own merits, in a word, to remember the example you owe to posterity! Let future princes too learn to distinguish between true acclamation and false, and owe it to you that they can no longer be deceived. The road to good repute need not be made for them, they have only to follow it; they have not to clear their path of adulation, only to guard against its return. There is no uncertainty about how they must act nor how their actions will be received. What then can I add, in the name of the Senate, to the prayers I shared with the whole Senate, except this? May your heart never lose the joy which showed in your eyes on that occasion, may you always think of that day with affection, and yet go on to greater things, to win fresh rewards and hear new acclamation; for the same words can only be repeated about the same deeds.

76. It was in accordance with the best traditions of the consulate that the Senate should continue in a three-day sitting,<sup>1</sup> following your own example of patience, and that during that time you acted solely in your capacity as presiding consul. Each senator



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

dissentire discedere, et copiam iudicii sui rei publicae  
facere; consulti omnes atque etiam dinumerati  
3 sumus, vicitque sententia non prima sed melior. At  
quis antea loqui, quis hiscere audebat, praeter  
miseros illos qui primi interrogabantur? Ceteri  
quidem defixi et attoniti ipsam illam mutam ac  
sedentariam adsentiendi necessitatem quo cum  
dolore animi, quo cum totius corporis horrore per-  
4 petiebantur! Unus solusque censebat, quod seque-  
rentur omnes et omnes improbarent, in primis ipse  
qui censuerat. Adeo nulla magis omnibus displicent,  
quam quae sic fiunt tamquam omnibus placeant.  
5 Fortasse imperator in senatu ad reverentiam eius  
componebatur; ceterum egressus statim se recipiebat  
in principem, omniaque consularia officia abicere  
6 neglegere contemnere solebat. Ille vero ita consul,  
ut si tantum consul foret, nihil infra se putabat, nisi  
7 quod infra consulem esset. Ac primum ita domo  
progrediebatur, ut illum nullus adparatus adrogantiae  
principalis, nullus praecursorum tumultus detineret.  
Una erat in limine mora consultare aves revererique  
8 numinum monitus. Nemo proturbabatur, nemo  
submovebatur; tanta viatoribus quies, tantus pudor  
fascibus, ut plerumque aliena turba subsistere et  
9 consulem et principem cogeret. Ipsius quidem

---

<sup>1</sup> It was in fact the first (that of Cornutus Tertullus, *Ep.* II. 11. 19-22), and Pliny must mean that the voting showed it was also the best.

<sup>2</sup> Cf. *Ep.* VIII. 14. 8. This account is one of the most

when called on for his opinion spoke as he thought fit; he was free to disagree, to vote in opposition, and to give the State the benefit of his views. We were all consulted and even reckoned with, and the sentence which carried the day was the better one, and not merely the first proposed.<sup>1</sup> Contrast the previous reign: who dared then to open his mouth or say a word except the poor wretches called on for the first speech? The rest, too terrified to move, endured the forced necessity of giving assent in silence, without rising from their seats, their mental anguish as painful as their physical fears.<sup>2</sup> A solitary senator expressed a single view for all to follow, though none approved, and least of all the speaker. (People detest nothing so much as measures which pretend to be the general will.) Maybe the Emperor put on an attitude of respect for the Senate in its presence, but once out of the House he was emperor again, throwing off all his consular obligations with careless contempt. But Caesar has conducted himself as if he were *only* consul, thinking nothing beneath him unless it were beneath a consul too. In the first place, he would leave his home without the delays caused by the pomp which accompanies imperial pride, or by the commotion of attendants who must clear his path; he paused only once on his threshold to take the auspices and receive with proper reverence the directions of the gods. No one was jostled or pushed aside, and his official escort was so unobtrusive and his lictors so restrained that several times the prince

" Tacitean " in the speech, ending with an apt *sententia*. The phrase *adsentiendi necessitas* was used by Tacitus in *Ann.* III. 22. 4 for the senate of Tiberius.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

officium tam modicum temperatum, ut antiquus aliquis magnusque consul sub bono principe incedere videretur.

Iter illi saepius in forum, frequenter tamen et in campum. 77. Nam comitia consulum obibat ipse; tantum ex renuntiatione eorum voluptatis, quantum 2 prius ex destinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis ut ipse ante consulis steterat, adigebanturque in verba in quae paulo ante ipse iuraverat princeps, qui tantum putat esse in iure iurando, ut illud et ab aliis exigat. Reliqua pars diei 3 tribunali dabatur. Ibi vero quanta religio aequitatis, quanta legum reverentia! Adibat aliquis ut princi- 4 pem: respondebat se consulem esse. Nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est, aucta etiam: siquidem pleraque ad praetores remittebat, atque ita ut collegas vocaret, non quia populare gratumque audientibus, sed quia ita 5 sentiebat. Tantum dignationis in ipso honore ponebat, ut non amplius esse censeret, quod aliquis collega adpellaretur a principe, quam quod praetor esset. Ad hoc tam adsiduus in tribunali, ut labore 6 refici ac reparari videretur. Quis nostrum idem curae, idem sudoris insumit? quis adeo expetitis

---

<sup>1</sup> Cf. 63. 2 and note. This is the *renuntiatio* of the suffect consuls for 100. As Tertullus is referred to as *consul designatus* at the trial of Priscus, the ceremony probably took place before the trial.

and consul was forced to wait for another passing crowd. As for his own entourage, it was so modest and disciplined that it might have been accompanying the progress of some great consul of the past in the service of an honest ruler.

Usually he proceeded to the forum, but quite often to the Field of Mars. 77. There he was present in person at the consular elections,<sup>1</sup> and took as much pleasure in hearing the consuls proclaimed as he did in their designation. The candidates stood before the prince's chair, as he had previously stood himself before the consul's, and were directed to take the oath in the same words as their prince had recently used—for he believes the act of swearing so important that he expects everyone to do as he did. The rest of the day was devoted to the administration of justice, and there he gave proof of his scrupulous attitude towards equity and his deep reverence for the letter of the law. If approached as emperor, he simply replied that he was consul. No magistrate had his rights or authority diminished; indeed, he took pains to increase these, by delegating the majority of the cases to the praetors and addressing them as his colleagues, not with any idea of courting popularity among his audience, but because these were his genuine sentiments—for such was the value he put upon the praetor's office that in his estimation to be called the Emperor's colleague added nothing to its status. In addition, his application to the task of administering justice made it appear that he was refreshed and restored by hard work. Which of us takes the same trouble or makes so much effort? Who devotes himself to the duties of the offices he

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

7 honoribus aut deservit aut sufficit? Et sane aequum  
est tantum ceteris praestare consulibus ipsum qui  
consules facit: quippe etiam fortuna videbatur  
indignum, si posset honores dare qui gerere non  
8 posset. Facturus consules doceat, accepturisque  
amplissimum honorem persuadeat scire se, quid sit  
quod dabit; sic fit ut illi quoque sciant quid acceperint.

78. Quo iustius senatus ut susciperes quartum  
consulatum et rogavit et iussit. Imperf hoc verbum,  
non adulationis esse obsequio tuo crede, quod non  
alia in re magis aut senatus exigere a te aut tu  
2 praestare senatui debes. Ut enim ceterorum homi-  
num ita principum, illorum etiam qui sibi di videntur,  
aevum omne et breve et fragile est. Itaque opti-  
mum quemque niti et contendere decet ut post se  
quoque rei publicae prosit, moderationis scilicet  
iustitiaeque monimentis, quae prima statuere consul  
3 potest. Haec nempe intentio tua ut libertatem  
revoques ac reducas. Quem ergo honorem magis  
amare, quod nomen usurpare saepius debes, quam  
quod primum invenit recuperata libertas? Non est  
minus civile et principem esse pariter et consulem  
4 quam tantum consulem. Habe etiam rationem  
verecundiae collegarum tuorum, collegarum inquam:  
5 ita enim et ipse loqueris et nos loqui vis. Onerosa  
erit modestiae illorum tertii consulatus sui recordatio,

---

<sup>1</sup> Trajan held the consulate a fourth time 1-12 January 101.  
Evidently at this date (September 100) he is not yet *designatus*.

<sup>2</sup> Cf. Suetonius, *Dom.* 13. 2.

sought or fulfils expectations like this? It is of course only proper that he should stand out above the other consuls, when it was he who made them, for it would be an insult to his position if office could be bestowed by one incapable of filling it. The creator of consuls must also instruct them, and show those who are going to receive the highest office from him that he knows the value of his gifts; in this way they will also come to know the value of what they have been given.

78. With all the more justice then, did the Senate ask you to bow to its wishes and accept the consulate for a fourth time.<sup>1</sup> That it speaks with the voice of authority and not of flattery is proved by your own attitude of deference; there is no demand which the Senate has a better claim to make of you or you to grant. For the prince no less than for the common man the thread of life is short and easily snapped, even when he deems himself the equal of the gods;<sup>2</sup> and thus it is only proper that the best among us should apply his efforts to leaving records of his justice and moderation which will be of service to his country even after death. None can achieve this better than the consul. We know that your intention is to set up liberty in our midst again. What distinction should find more favour with you, what title should you bear more often than that which was the first creation of liberty restored? It is just as democratic to be prince as well as consul as to be consul alone. Take thought too for the feelings of propriety of your colleagues (yes, colleagues; for that is how you refer to them and wish us to do the same); it will be painful for modest men to recall their own

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

donec te saepius consulem videant. Neque enim potest non nimium esse privatis, quod principi satis est. Adnuas, Caesar, optantibus, quibusque apud deos adesse consuesti, quorum potes ipse votorum, compotes facias.

79. Tibi fortasse sufficiat tertius consulatus, sed nobis tanto minus sufficit. Ille nos instituit induxit, ut te iterum iterumque consulem habere cupiamus.
- 2 Remissius istud contenderemus, si adhuc nesciremus qualis esses futurus: tolerabilius fuit experimen-
- 3 tum tui nobis quam usum negari. Dabiturne rursus videre consulem illum? Audiet reddet quas proxime voces, praestabitque gaudium quantum ipse percipiet? Praesidebit laetitiae publicae auctor eius et causa, temptabitque adfectus nostros ut solet
- 4 cohibere nec poterit? Pietati certe senatus cum modestia principis felix speciosumque certamen, seu fuerit victa seu vicerit. Equidem incognitam quandam proximaque maiorem praesumo laetitiam. Quis enim est tam modicilli ingenii qui non tanto meliorem consulem speret, quanto saepius fuerit?
- 5 Alius se a continuo labore, etsi non desidia ac voluptati dedisset, otio tamen et quiete recreasset; hic consularibus curis exsolutus principales resumpsit, tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium
- 6 princeps nec principis consul adpeteret. Videmus
- 508

third consulship unless they see you consul once again. What is sufficient for the prince cannot help but be excessive for his subjects. Grant these prayers, Caesar, and gratify the wishes of those for whom it is your custom to intercede with the gods; for this is in your power.

79. Perhaps in your own eyes a third consulship is enough, but this is all the more reason for its not sufficing our demands. It only formed the habit in us of wanting to see you consul again and again. We might be less pressing if we had yet to learn what sort of consul you would be; refusal of a chance to test you would be more easily accepted than the denial of continuing with you whom we know. Shall we be permitted to see him as consul once again? Will he hear and repeat the formula of yesterday, and give us pleasure equal to his own? Will he preside over our public rejoicing, as its author and its object, attempt (as is his wont) to check our outbursts of enthusiasm—and fail to do so? The Senate's loyal devotion will match itself against the prince's moderation in a splendid struggle, happy in its outcome whether it triumphs or not. For my part, I anticipate some form of happiness as yet unknown and even greater than before, for no one is so unimaginative as not to hope for a consul to prove all the better for repeated experience. Another man, though he did not abandon himself to the delights of idleness, would at least have sought relief from continuous service by an interval of peaceful retirement; but he rid himself of a consul's cares only to resume those of empire, so balancing his responsibilities that as prince he never sought to be consul, nor as consul to



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

ut provinciarum desiderii, ut singularum etiam civitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimittuntur statim, tandemque principis fores exclusae legationum turba non obsidet.

80. Quid? in omnibus cognitionibus quam mitis severitas, quam non dissoluta clementia! Non tu locupletando fisco operatus sedes, nec aliud tibi sententiae tuae pretium quam bene iudicasse. 2 Stant ante te litigatores non de fortunis suis sed de tua existimatione solliciti, nec tam verentur, quid 3 de causa sua quam quid de moribus sentias. O vere<sup>1</sup> principis atque etiam dei curas,<sup>2</sup> reconciliare aemulas civitates, tumentesque populos non imperio magis quam ratione compescere; intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quidquid fieri non oportuerit; postremo velocissimi sideris more omnia invisere omnia audire, et undecumque invo- 4 catum statim velut adesse et adsistere! Talia esse crediderim, quae ille mundi parens temperat nutu, si quando oculos demisit in terras, et fata mortalium 5 inter divina opera numerare dignatus est; qua nunc parte liber solutusque tantum caelo vacat, postquam te dedit, qui erga omne hominum genus vice sua fungereris. Fungeris enim sufficisque mandanti, cum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, summa cum tua laude condatur.

81. Quodsi quando cum influentibus negotiis

<sup>1</sup> vere *M*: veras *R*.

<sup>2</sup> dei curas *Keil*: decoras *H*: decoris *X*.

---

<sup>1</sup> Cf. *Ep.* VI. 31, where Trajan presides over cases heard at Centum Cellae.

be prince. We see how he hastens to fulfil the desires of the provinces, the prayers too of every city, with no difficulties over giving audience nor delays in making reply. Admission is immediate, dismissal prompt; at last there is an end of closed doors and crowds of delegates waiting on the palace steps.

80. Now let me turn to judicial matters,<sup>1</sup> where you showed how strictness need not be cruel nor mercy weak. You did not mount the tribunal for the purpose of enriching your private exchequer, and the only reward you sought in passing sentence was the knowledge that justice had been done. Before you stood the litigants, concerned more for your opinion of them than for their fortunes, fearful of your judgement on their character rather than on their case. This is indeed the true care of a prince, or even that of a god, to settle rivalry between cities, to soothe the passions of angry peoples less by exercise of power than by reason: to intervene where there has been official injustice, to undo what should never have been done: finally, like a swift-moving star, to see all, hear all, and be present at once with aid wherever your help is sought. It is thus, I fancy, that the great Father of the universe rules all with a nod of the head, if he ever looks down on earth and deigns to consider mortal destinies among his divine affairs. Now he is rid of this part of his duties, free to devote himself to heaven's concerns, since he has given you to us to fill his rôle with regard to the entire human race. And you are filling it, worthy of his trust in you: since every passing day brings every advantage for us and the greatest glory for you.

81. But whenever you have succeeded in stemming

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Quae enim remissio tibi nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga et horrentibus scopulis gradum inferre, nullius manu nullius vestigio adiutum, atque inter haec pia  
2 mente adire lucos et occursare numinibus? Olim haec experientia iuventutis, haec voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu; nec mediocre pacis decus habebatur submota campis inruptio ferarum et obsidione quadam libera-  
3 tus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque principes qui obire non poterant; usurpabant autem ita ut domitas fractasque claustris feras, ac deinde in ipsorum (quidni?) ludibrium emissas, mentita sagacitate colligerent. Huic par capiendi quaerendique sudor, summusque et idem gratissimus  
4 labor invenire. Enimvero, si quando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia vela aut oculis sequitur aut manibus, sed nunc gubernaculis adsidet, nunc cum valentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus, domitare ventos reluctantes remisque transferre obstantia freta.

82. Quantum dissimilis illi, qui non Albani lacus otium Baianique torporem et silentium ferre, non

the tide of your engagements, the form of recreation you prefer is simply this—a change of work. Your only relaxation is to range the forests, drive wild beasts from their lairs, scale vast mountain heights, and set foot on rocky crags, with none to give a helping hand or show the way; and amidst all this to visit the sacred groves in a spirit of devotion, and present yourself to the deities there. In the days of old this was the training and the delight of youth, these were the skills which formed the leaders of the future—to pit speed against an animal's swift-footedness, and strength and dexterity against its courage and cunning; while in times of peace it brought no small honour to sweep marauding wild beasts from the plains and raise the siege they laid to the farmers and their work. Then this distinction was also claimed by those emperors who lacked the ability to win it, claimed by a mere pretence of skill, as they rounded up animals who had been tamed and weakened by captivity and then let loose to provide them (of course!) with amusement. But Caesar puts just as much effort into the chase as he does into making a capture, while the hardest task of hunting out a quarry is what delights him most. And, indeed, does he ever decide to display the same physical energy on sea, he is not one to follow the sails afloat only by eye or pointing finger; one moment he sits at the helm, at another he matches the sturdiest of his comrades in mastering the waves, taming the opposition of the winds, and forcing a passage by oar against a racing current.

82. How different he is from that man who could not bear the calm of the Alban lake, or the still

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

pulum saltem fragoremque remorum perpeti poterat, quin ad singulos ictus turpi formidine horresceret! Itaque procul ab omni sono inconcussus ipse et immotus, religato revinctoque navigio non secus ac piaculum aliquod trahebatur. Foeda facies, cum populi Romani imperator alienum cursum alienumque rectorem velut capta nave sequeretur. Nec deformitate ista saltem flumina carebant, atque etiam Danubius ac Rhenus tantum illud nostri decoris vehere gaudebant, non minore cum pudore imperi, quod haec Romanae aquilae, Romana signa, Romana denique ripa, quam quod hostium prospectaret, hostium quibus moris est eadem illa nunc regentia gelu flumina aut campis superfusa, nunc liquida ac deferentia lustrare navigiis nandoque superare. Nec vero per se magno opere laudaverim duritiam corporis ac lacertorum; sed, si his validior ipso corpore animus imperitet, quem non fortunae indulgentia emolliat, non copiae principales ad segnitiam luxumque detorqueant, tunc ego seu montibus seu mari exerceatur, et laetum opere corpus et crescentia laboribus membra mirabor. Video enim iam inde antiquitus maritos dearum ac deum liberos nec <parentum divinitate nec><sup>1</sup> dignitate nuptiarum magis quam his artibus inclaruisset. Simul cogito, cum sint ista ludus et avocamentum,

<sup>1</sup> *lacunam explevit Schnelle.*

---

<sup>1</sup> Lake Lucrinus. Domitian had houses on the shores of both lakes.

silence of the lake at Baiae,<sup>1</sup> nor even endure the sound and splash of an oar without shivering in disgraceful terror at each stroke! So it was that, far removed from the slightest sound, sheltered from every shock and movement, his vessel firmly held in tow, he was brought like a victim to the sacrifice. Disgraceful scene, for the emperor of the Roman people to follow behind with another to steer his course and direct his helm, as if held prisoner in his own ship! Rivers also witnessed this shameful travesty; the Danube and Rhine<sup>2</sup> were delighted for their waters to play their part in our disgrace, and it was no less a blot on the empire for this to be seen by Roman eagles, Roman standards, and the Roman river-bank, than by the other side, the bank of the enemy—the enemy whose habit it was to navigate or swim across these same rivers, whether blocked with ice-floes or flooding the plains when ice is melted and passage is free. Not that I think so highly of hardness of physique and muscle as such, unless the body is ruled by a mind more powerful than itself, one which is neither softened by fortune's favour nor led astray by imperial riches into idleness and excess; in this case a body which thrives on work and sinews developed by service, whether trained on mountain or at sea, will win my admiration. I have observed that since ancient times, the husbands of goddesses and the sons of gods have won fame less through the glory of their marriages or the divinity of their fathers than by skills such as these; at the same time I ask

<sup>2</sup> Here, as usual, Pliny belittles Domitian's military activity both in Germany and in the Suebian-Sarmatic wars. Cf. 11. 4, 14. 5, 20. 4 and notes.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

quae quantaeque sint huius curae seriae et intentae, et a quibus se in tale otium recipit. Voluptates sunt enim voluptates, quibus optime de cuiusque gravitate  
9 sanctitate temperantia creditur. Nam quis adeo dissolutus, cuius non occupationibus aliqua species severitatis insideat? Otio prodimur. An non plerique principes hoc idem tempus in aleam supra luxum conferebant, cum seriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplerent?

83. Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur; principum vero non domus modo sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda famae proponit atque explicat. Sed tibi, Caesar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam quam penitus  
2 inspici. Sunt quidem praeclara quae in publicum profers, sed non minora ea quae limine tenes. Est magnificum quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius quod tuos;  
3 quanto enim magis arduum est alio praestare quam se, tanto laudabilius quod, cum ipse sis optimus,  
4 omnes circa te similes tui fecisti. Multis inlustribus dedecori fuit aut inconsultius uxor adsumpta aut retenta patientius; ita foris claros domestica destruebat infamia, et ne maximi cives haberentur, hoc  
516

myself what, if these are Caesar's recreation and amusements, must be the extent of his serious interests and preoccupations, from which he turns to relaxation like this. For it is a man's pleasures (yes, his pleasures) which tell us most about his true worth, his moral excellence, and his self-control. No one is so dissolute that his occupations lack all semblance of seriousness; it is our leisure moments which betray us. This is the very time which the majority of his predecessors used to spend on gambling, debauchery and extravagance, thus replacing what should have been the relaxation of their serious concerns by a different form of tension—their pursuit of vice.

83. One of the chief features of high estate is that it permits no privacy, no concealment, and in the case of princes, it flings open the door not only to their homes but to their private apartments and deepest retreats; every secret is exposed and revealed to rumour's listening ear. But in your case, Caesar, nothing could better redound to your credit than a searching inspection of this kind. Your public conduct is indeed remarkable, but no less so your private life. Splendid though it is to keep yourself thus unspotted by any form of vice, it is even more so to do the same for the members of your family, for the more difficult it is to vouch for others rather than oneself, the more honour is due to you for combining your own excellence with making all those around you reach the same high standard. Many distinguished men have been dishonoured by an ill-considered choice of a wife or weakness in not getting rid of her; thus their fame abroad was damaged by their loss of



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

efficiebatur, quod mariti minores erant. Tibi uxor  
5 in decus et gloriam cedit. Quid enim illa sanctius,  
quid antiquius? Nonne si pontifici maximo eligenda  
sit coniunx, aut hanc aut similem (ubi est autem  
6 similis?) elegerit? Quam illa nihil sibi ex fortuna  
tua nisi gaudium vindicat! Quam constanter non  
potentiam tuam, sed ipsum te reveretur! Idem  
estis invicem quod fuistis; probatis ex aequo, nihil-  
que vobis felicitas addidit, nisi quod scire coepistis,  
quam bene uterque vestrum felicitatem ferat.  
7 Eadem quam modica cultu, quam parca comitatu,  
quam civilis incessu! Mariti hoc opus, qui ita  
imbuit ita instituit; nam uxori sufficit obsequi gloria.  
8 An, cum videat quam nullus te terror, nulla comitetur  
ambitio, non et ipsa cum silentio incedat, ingredient-  
emque pedibus maritum, in quantum patitur sexus,  
imitetur? Decuerit hoc illam, etiamsi diversa tu  
facias; sub hac vero modestia viri quantam debet  
verecundiam uxor marito, femina sibi!

84. Soror autem tua ut se sororem esse meminit!  
ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor  
agnoscitur! ut si quis eam uxori tuae conferat, du-  
bitare cogatur, utrum sit efficacius ad recte viven-  
2 dum bene institui an feliciter nasci. Nihil est tam  
prorum ad similtates quam aemulatio, in feminis  
praesertim: ea porro maxime nascitur ex coniunc-

<sup>1</sup> The empress Pompeia Plotina; cf. *Ep.* IX. 28. 1.

<sup>2</sup> The *pontifex maximus* was of course the emperor himself.

<sup>3</sup> Ulpia Marciana.

reputation at home, and their relative failure as husbands denied them complete success as citizens. But your own wife<sup>1</sup> contributes to your honour and glory, as a supreme model of the ancient virtues; the Chief Pontiff himself,<sup>2</sup> had he to take a wife, would choose her, or one like her—if one exists. From your position she claims nothing for herself but the pleasure it gives her, unswerving in her devotion not to your power but to yourself. You are just the same to each other as you have always been, and your mutual appreciation is unchanged; success has brought you nothing but a new understanding of your joint ability to live in its shadow. How modest she is in her attire, how moderate the number of her attendants, how unassuming when she walks abroad! This is the work of her husband who has fashioned and formed her habits; there is glory enough for a wife in obedience. When she sees her husband unaccompanied by pomp and intimidation, she also goes about in silence, and as far as her sex permits, she follows his example of walking on foot. This would win her praise even if you did the opposite, but with a husband so moderate in his habits, how much respect she owes him as his wife, and herself as a woman!

84. Your sister,<sup>3</sup> too, never forgets that she is your sister, and your own frank sincerity and candour can be clearly recognized in her, so that if comparison were drawn between her and your wife, one could only wonder which is the more conducive to an upright life, good training or fortunate birth. Nothing leads to dissension so readily, especially between women, as the rivalry which is most likely to arise

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

ctione, alitur aequalitate, exardescit invidia, cuius  
3 finis est odium. Quo quidem admirabilius existi-  
mandum est, quod mulieribus duabus in una domo  
parique fortuna nullum certamen nulla contentio  
4 est. Suspiciunt invicem invicem cedunt, cumque  
te utraque effusissime diligit, nihil sua putant inter-  
esse utram tu magis ames. Idem utrique proposi-  
tum, idem tenor vitae, nihilque ex quo sentias duas  
5 esse; te enim imitari, te subsequi student. Ideo  
utraque mores eosdem, quia utraque tuos habet;  
inde moderatio, inde etiam perpetua securitas.  
Neque enim umquam periclitabuntur esse privatae,  
6 quae non desierunt. Obtulerat illis senatus cognomen  
Augustarum, quod certatim deprecatae sunt,  
quam diu adpellationem patris patriae tu re-  
cusasses, seu quod plus esse in eo iudicabant, si uxor  
7 et soror tua quam si Augustae dicerentur. Sed,  
quaecumque illis ratio tantam modestiam suasit, hoc  
magis dignae sunt, quae in animis nostris et sint et  
8 habeantur augustae, quia non vocantur. Quid enim  
laudabilius feminis, quam si verum honorem non in  
splendore titulorum, sed in iudiciis hominum repon-  
ant magnisque nominibus pares se faciant, et dum  
recusant?

85. Iam etiam et in privatorum animis exoleverat  
priscum mortalium bonum amicitia, cuius in locum  
migraverant adsentationes blanditiae et peior odio

---

<sup>1</sup> Trajan had in fact accepted the title of *pater patriae* before the consular elections of October 98 (57. 4), but the first inscription recording the title *Augusta* (ILS 288, S. 106) can

from close proximity, to be fed on similarity of status and inflamed by jealousy until it ends in open hatred; all the more remarkable then must it appear when two women in the same position can share a home without a sign of envy or rivalry. Their respect and consideration for each other is mutual, and as each loves you with all her heart, they think it makes no difference which of them stands first in your affection. United as they are in the purpose of their daily life, nothing can be shown to divide them; their one aim is to model themselves on your example, and consequently their habits are the same, being formed after yours. Hence their quiet contentment and untroubled serenity—they run no risk of being no more than your subjects, for that is what they have always been. The Senate had offered them the title of *Augusta*,<sup>1</sup> which both made haste to refuse, unwilling to bear it so long as *you* refused to be known as the Father of your country, or else believing it a greater honour to be spoken of simply as your wife and sister. But whatever the reason for such modesty on their part, this is the title they deserve; this is how we think of them in our hearts, the more because it is left unspoken. Nothing can be more glorious for women than to value true distinction through the opinion of the world instead of by the magnificence of titles, and to make sure they are worthy of a great name though they may not wish to bear it.

85. Furthermore, even in the hearts of ordinary men, humanity's former blessing of friendship had

be dated between December 104 and 105, and Pliny's evidence is explicit that it was not held in 100.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

amoris simulatio. Etenim in principum domo no-  
men tantum amicitiae, inane scilicet inrisumque  
2 remanebat. Nam qui poterat esse inter eos ami-  
citia, quorum sibi alii domini alii servi videbantur?  
Tu hanc pulsam et errantem reduxisti: habes amicos  
3 quia amicus ipse es. Neque enim ut alia subiectis,  
ita amor imperatur, neque est ullus adfectus tam  
erectus et liber et dominationis impatiens, nec qui  
4 magis vices exigit. Potest fortasse princeps inique,  
potest tamen odio esse non nullis, etiamsi ipse non  
5 oderit: amari nisi ipse amet non potest. Diligis  
ergo cum diligaris, et in eo quod utrimque honestis-  
simum est, tota gloria tua est; qui superior factus  
descendis in omnia familiaritatis officia, et in amicum  
ex imperatore submitteris, immo tunc maxime im-  
6 perator cum amicum agis. Etenim cum plurimis  
amicitiis fortuna principum indigeat, praecipuum  
7 est principis opus amicos parare. Placeat tibi semper  
haec secta, et cum reliquas virtutes tuas tum hanc  
constantissime teneas, nec umquam tibi persuadea-  
tur humile esse principi nisi odisse. Iucundissimum  
est in rebus humanis amari, sed non minus amare.  
8 Quorum utroque ita frueris ut, cum ipse ardentissime  
diligas, adhuc tamen ardentius diligaris, primum

---

<sup>1</sup> A reference to the precarious position of the *amici principis*.

<sup>2</sup> Cf. Tacitus, *Hist.* IV. 7.

withered and died, and in its place had sprung up flattery and adulation, and worse even than hatred, the false semblance of love; while in the Emperors' palace nothing remained of friendship but the name, now empty and derided.<sup>1</sup> For how could friendship survive between men thus divided, the one half feeling themselves the masters, the other half their slaves? It was you, Caesar, who brought her back from exile, to find a home again; you have friends because you know how to be one. Love cannot be demanded of subjects, as other things can; there is no sentiment so lofty and independent, so impatient of tyranny, so uncompromising in its expectations of a return. It is possible for a prince to incur hatred (though perhaps unjustly) from many of his subjects, though he feels none himself; it is not possible for him to win affection unless he shows it too. And so you love as you are loved; all honour to both sides, though the glory is all yours, since it is you who step down from your superior status to carry out all the duties of friendship, descend from being emperor to be a friend—though in fact you are never more emperor than when you fill the rôle of friend, for a prince needs every kind of friendship to maintain his position,<sup>2</sup> and so his first care is to provide himself with friends. May you ever follow this line of conduct, never fail to practise this among your other virtues: and never let yourself be persuaded that a prince demeans himself unless he hates. There is nothing more delightful in human affairs than to inspire love, unless it is to feel it, and you can enjoy both, seeing that the warmth of your own affection kindles even more in your friends. The reasons are two: it is

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

quia facilius est unum amare quam multos, deinde quia tibi amicos tuos obligandi tanta facultas inest, ut nemo te possit nisi ingratus non magis amare.

86. Operae pretium est referre quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares. Dimisisti optimum virum tibi que carissimum invitus et tristis, et quasi retinere non posses, quantumque amares eum, desiderio expertus es, distractus separatusque, 2 dum cedis ut vinceris. Ita quod fando inauditum, cum princeps et principis amicus diversa velletis, id potius factum est quod amicus volebat. O rem memoriae litterisque mandandam, praefectum praetorii non ex ingredientibus se, sed ex subtrahentibus legere, eundemque otio quod pertinaciter amet reddere, cumque sis ipse distentus imperi curis, non 3 quietis gloria<sup>1</sup> cuiquam invidere! Intellegimus, Caesar, quantum tibi pro laboriosa ista statione et exercita debeamus, cum otium a te tamquam res optima et petatur et detur. Quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequeris! Prosecutus es enim nec temperasti tibi, quo minus exeunti in litore amplexus, in litore 4 osculum ferres. Stetit Caesar in illa amicitiae specula, stetit precatusque est abeunti prona maria celeremque, si tamen ipse voluisset, recursum nec

<sup>1</sup> gloria codex unus, Mynors: gloriam R, M.

---

<sup>1</sup> Unidentified.

easier to love one man than many, and your opportunities for putting your friends under obligation to you are so great that no one, without ingratitude, can fail to make sure that his love exceeds your own.

86. At this point I must recall the personal distress you chose to undergo rather than refuse anything to a friend. You released from office a man of the highest merit,<sup>1</sup> one of your dearest friends, in spite of your grief and reluctance, as if there was no possibility of your retaining him. How much you felt for him was shown by the extent of your regret; your heart was torn and broken as you yielded to his pressure. The situation was unheard-of: for an emperor and his friend to have conflicting desires, and the friend's wishes to take precedence. Here then is something to go down on record for all to remember—a prefect for the praetorian guard was chosen not from those who put themselves forward but from those who held back, and once chosen was allowed to return to the retirement he so obstinately preferred: occupied as you were by the cares of empire, you begrudged no one an honourable release. We can appreciate the extent of our debt to you, Caesar, for all the hardships and vexations of the responsibilities you bear, when retirement is sought and granted by you as the greatest of blessings. Your distress, I am told, was undisguised, as you saw him on to the boat; yes, you saw him off, and there on the shore you were not ashamed to give him your embrace and kiss of farewell. There on a watchtower, the witness of his friendship, stood Caesar, and prayed for a calm sea for his departing friend, prayed too for a speedy return (if that was to



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

sustinuit recedentem non etiam atque etiam votis  
5 et lacrimis sequi. Nam de liberalitate taceo.  
Quibus enim muneribus aequari haec cura principis  
haec patientia potest, qua meruisti ut ille sibi  
nimium fortis ac prope durus videretur? Nec dubito  
quin agitaverit secum, an gubernacula retorqueret,  
et fecisset nisi quod paene ipso contubernio principis  
feliciter iucundiusque est, desiderare principem de-  
6 siderantem. Et ille quidem ut maximo fructu sus-  
cepti ita maiore depositi officii gloria fruitur; tu  
autem facilitate ista consecutus es, ne quem retinere  
videaris invitum.

87. Civile hoc et parenti publico convenientissimum nihil cogere, semperque meminisse nullam tantam potestatem cuiquam dari posse, ut non sit  
2 gratior potestate libertas. Dignus es, Caesar, qui officia mandes deponere optantibus, qui petentibus vacationem, invitus quidem sed tamen tribuas, qui ab amicis orantibus requiem non te relinqui putes, qui semper invenias et quos ex otio revoces, et quos  
3 otio reddas. Vos quoque quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fovete iudicium eius quod  
4 de vobis habet: hic vester labor est. Princeps enim, cum in uno probavit amare se scire, vacat culpa si alios minus amat. Ipsum quidem quis mediocriter

be his desire); nor could he help following him into the distance with repeated prayers and tears. Of your generosity I say nothing. No services could approach princely solicitude and endurance like yours, which merited some recognition on his side that his determination came too near obstinacy. No doubt he debated in his heart whether to swing round his helm, and would have done so, if there were not more joy and happiness than even what a prince's intimacy can bring, in missing him in absence with the knowledge that he feels the same. And so he enjoys both the high reward of having accepted office and the greater honour which came to him from laying it down; while your readiness to fall in with his wishes has at least made it clear that you cannot be suspected of retaining anyone against his will.

87. To use no force, to remember at all times that whatever the powers anyone is granted, liberty will always be dearer to men's hearts—this is indeed democratic and proper for one who is father to us all. It is your prerogative, Caesar, to confer office on those who may desire to relinquish it, to grant exemption to any who seek it, though it may be against your own wishes, to understand that your friends are not deserting you if they want to retire, to be always finding people whom you recall from private life or send back to it. And to those of you in the Senate whom our Father deems worthy of his friendship and regard, I say: cherish the high opinion he has of you; this is your concern, not his, for a prince may show that he can feel affection in one case without being blamed for not doing as much for others. But which

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

diligat, cum leges amandi non det sed accipiat?  
Hic praesens ille mavult absens amari; uterque  
ametur, ut mavult; nemo in taedium praesentia,  
5 nemo in oblivionem absentia veniat. Tenet quisque  
locum quem semel meruit, faciliusque est ut oculis  
eius vultus absentis, quam ut animo caritas excidat.

88. Plerique principes, cum essent civium do-  
mini, libertorum erant servi: horum consiliis horum  
nutu regebantur; per hos audiebant per hos loque-  
bantur, per hos praeturae etiam et sacerdotia et  
2 consulatus, immo ab his petebantur. Tu libertis  
tuis summum quidem honorem, sed tamquam  
libertis habes abundeque sufficere his credis, si probi  
et frugi existimentur. Scis enim praecipuum esse  
3 indicium non magni principis magnos libertos. Ac  
primum neminem in usu habes nisi aut tibi aut patri  
tuo aut optimo cuique principum dilectum aesti-  
matumque;<sup>1</sup> hos ipsos cotidie deinde ita formas,  
ut se non tua fortuna sed sua metiantur, et tanto  
magis digni, quibus honor omnis praestetur a nobis,  
4 quia non est necesse. Iustisne de causis senatus  
populusque Romanus Optimi tibi cognomen adiecit?  
Paratum id quidem et in medio positum, novum  
tamen. Scias neminem ante meruisse, quod non

<sup>1</sup> aestimatumque *Gruter*: statimque *M*.

<sup>1</sup> Cf. Suetonius, *Claud.* 28-9, *Galba* 15; Pliny, *Ep.* VII. 29, VIII. 6. There is little evidence for Trajan's attitude to the imperial freedmen. Vitellius' policy of reserving administrative posts for knights (*Tac. Hist.* 1. 58) had been continued by Domitian (Suetonius, *Dom.* 7. 3) and was firmly established by Hadrian (*SHA Hadr.* 22. 8.). For freedmen who are procurators under Trajan, cf. *Ep.* VI. 31. 8, X. 27 and 85.

<sup>2</sup> Cf. 2. 7 and note.

of you could be lukewarm in his feelings towards one who accepts the rules of friendship instead of imposing his own? One man may seek Caesar's affection in person, another when he is away; let both receive it according to his preference. No one becomes irksome by his presence, no one is forgotten in absence; everyone retains his position once he has won it, and Caesar can more easily forget the face of an absent friend than let the love he bears him fade from his heart.

88. Most of the emperors, though masters of their subjects, were the slaves of their freedmen, at the mercy of their counsels and their whims.<sup>1</sup> Through them they spoke and were spoken to; through them priesthoods, prefectures and consulships were sought—through them, or rather, from them. By contrast, you hold your freedmen in high honour, but as freedmen only, and believe that a reputation for honesty and good character is all they should expect, for you know that the chief indication of weakness in a ruler is the power of his freedmen. In the first place, you employ no one unless he was considered and chosen for you or your father or for one of the better emperors; then you train these men daily in such a way that they measure themselves against their own position, not yours: with the result that they prove all the more worthy of our high regard because it is not forced on us.

Is there not just reason for the title bestowed on you by the Senate and people of Rome—the title of *Optimus*, Best?<sup>2</sup> It may seem ready-made and commonplace, but in fact it is something new. No one is known to have merited it before, though it was

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

5 erat excogitandum si quis meruisset. An satius fuit  
Felicem vocare? quod non moribus sed fortunae  
datum est. Satius Magnum? cui plus invidiae  
quam pulchritudinis inest. Adoptavit te optimus  
6 princeps in suum, senatus in Optimi nomen. Hoc  
tibi tam proprium quam paternum; nec magis dis-  
tincte definiteque designat, qui Traianum quam qui  
Optimum adpellat, ut olim frugalitate Pisones,  
sapientia Laeli, pietate Metelli monstrabantur;  
quae simul omnia uno isto nomine continentur. Nec  
videri potest optimus, nisi qui est optimis omnibus  
7 in sua cuiusque laude praestantior. Merito tibi ergo  
post ceteras adpellationes haec est addita ut maior.  
Minus est enim imperatorem et Caesarem et Augus-  
tum quam omnibus imperatoribus et Caesaribus et  
8 Augustis esse meliorem. Ideoque ille parens  
hominum deorumque Optimi prius nomine, deinde  
Maximi colitur. Quo praeclarior laus tua, quem  
non minus constat optimum esse quam maximum.  
9 Adsecutus es nomen, quod ad alium transire non  
possit, nisi ut adpareat in bono principe alienum, in  
malo falsum, quod licet omnes postea usurpent,  
10 semper tamen agnoscetur ut tuum. Etenim ut

---

<sup>1</sup> Sulla and Pompey were given the names Felix and Magnus.

<sup>2</sup> Since the time of L. Calpurnius Piso Frugi, who as tribune in 149 B.C. introduced the *Lex de pecuniis repetundis*.

<sup>3</sup> C. Laelius, a member of the Scipionic circle and the leading figure in Cicero's *De Amicitia*, called *Sapiens* for his Stoic inclinations; Q. Metellus (cos. 80 B.C.) called *Pius* for his efforts to recall his father from exile.

there to be used if someone proved worthy. Would it have been better to call him "Fortunate"? This is a tribute to his luck, not his character. What about "the Great"?<sup>1</sup> This has a ring of envy rather than renown. In adopting you, the best of emperors gave you his own name, to which the Senate added that of *Optimus*, to be as much your personal name as the one your father gave. Thus you are as clearly designated and defined by the name of *Optimus* as by that of Trajan; just as formerly the house of Piso was known for frugality,<sup>2</sup> and those of Laelius and Metellus for wisdom and filial piety.<sup>3</sup> All these virtues are contained in the single name which is yours, for "the Best" can only refer to the man who outstrips all others who are best in their own distinctive ways. And so it was only proper to place this at the end of your other titles,<sup>4</sup> as being the greater one, for it means less to be Emperor and Caesar and Augustus than to be better than all those who have borne those titles before you. For the same reason, the Father of gods and men is worshipped under the title *Optimus* followed by *Maximus*, Best and Highest, and the more honour is due to you, who in the eyes of all are equally Highest and Best. You have won a title which cannot pass to another without seeming borrowed, in the case of a good prince, and false, in the case of a bad one; and though all in future may claim it, it will always be recognized as yours. Just as the

<sup>4</sup> At this time Trajan was still officially called *Imperator Caesar Nerva Traianus Augustus Germanicus, pontifex maximus, pater patriae*. *Optimus* appears after *Traianus* in inscriptions of 113/14. (S. 99-101.)

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

nomine Augusti admonemur eius cui primum dictum est, ita haec Optimi adpellatio numquam memoriae hominum sine te recurret, quotiensque posterī nostri Optimum aliquem vocare cogentur, totiens recordabuntur quis meruerit vocari.

89. Quanto nunc, dive Nerva, gaudio frueris, cum vides et esse optimum et dici, quem tamquam optimum elegisti! quam laetum tibi, quod comparatus filio tuo vinceris! Neque enim alio magis adprobatur animi tui magnitudo, quam quod optimus  
2 ipse non timuisti elegere meliorem. Sed et tu, pater Traiane, (nam tu quoque, si non sidera, proximam tamen sideribus obtines sedem) quantum percipis voluptatem, cum illum tribunum, illum militem tuum tantum imperatorem, tantum principem cernis, cumque eo qui adoptavit amicissime contendis, pul-  
3 chrius fuerit genuisse talem an elegisse! Macte uterque ingenti in rem publicam merito, cui hoc tantum boni contulistis! Licet alteri vestrum filii virtus triumphalia, caelum alteri dederit, non minor tamen vestra laus, quod ista per filium, quam si ipsi meruissetis.

90. Scio, patres conscripti, cum ceteros cives, tum praecipue consules oportere sic adfici, ut se publice  
2 magis quam privatim obligatos putent. Ut enim

---

<sup>1</sup> On 16 January 27 B.C.

<sup>2</sup> Cf. 15. Evidently Trajan's father is dead.

<sup>3</sup> Cf. 14. 1 and note.

name of Augustus reminds us of the man to whom it was first decreed,<sup>1</sup> so this title of *Optimus* will never return to the memory of man without recalling you, and whenever our descendants are called on to bestow it, they will always remember who it was whose merits won it as his due.

89. What happiness you must feel today, divine Nerva, on beholding him whom you judged the best candidate for your choice proving that he is best, and being addressed as such! What joy for you to stand second in comparison with your son! There can be no better indication of your greatness of soul than the fact that though so good yourself you did not hesitate to choose a better man. You also, father Trajan (for you too, though not raised to the stars, must surely occupy the nearest place), must know such delight when you see your son who was tribune and soldier under you<sup>2</sup> now risen to be supreme commander and emperor, when you enter into friendly rivalry with his adopter so as to determine where the greater glory must be assigned—to his begetter or to the one who made him his choice. All honour to you both for the immense service you have done your country and the great benefit you have conferred on it. Though it was your son's merits which brought one of you triumphal ornaments<sup>3</sup> and the other his place in heaven, your glory for owing these to him is what it would be had you won them yourselves.

90. I am well aware, Conscript Fathers, that the consuls should feel a sense of obligation (in their public rather than their private capacity) which goes beyond that of any other citizen. For just as the



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

malos principes rectius pulchriusque est ex communi-  
bus iniuriis odisse quam ex propriis, ita boni speciosius  
amantur ob ea quae generi humano quam quae  
3 hominibus praestant. Quia tamen in consuetudinem  
vertit, ut consules publica gratiarum actione per-  
lata, suo quoque nomine quantum debeant principi  
profiteantur, concedite me non pro me magis munere  
isto quam pro collega meo Cornuto Tertullo claris-  
4 simo viro fungi. Cur enim non pro illo quoque  
gratias agam, pro quo non minus debeo? praesertim  
cum indulgentissimus imperator in concordia nostra  
ea praestiterit ambobus, quae si tantum in alterum  
contulisset, ambos tamen aequaliter obligasset.  
5 Utrumque nostrum ille optimi cuiusque spoliator et  
carnifex stragibus amicorum et in proximum iacto  
fulmine adflaverat. Isdem enim amicis gloriabamur,  
eosdem amissos lugebamus, ac sicut <nunc><sup>1</sup> spes  
gaudiumque, ita tunc communis nobis dolor et metus  
6 erat. Habuerat hunc honorem periculis nostris  
divus Nerva, ut nos, etsi minus <notos>,<sup>2</sup> ut bonos  
promovere vellet, quia mutati saeculi signum et  
hoc esset, quod florerent quorum praecipuum votum  
ante fuerat, ut memoriae principis elaborerentur.

91. Nondum biennium compleveramus in officio

<sup>1</sup> nunc *add. cod. Londiniensis: om. M.*

<sup>2</sup> notos *add. Lipsius: om. M.*

hatred roused by the evil emperors was more right and honourable if prompted by general rather than personal injustices, so it is nobler to love the good ones for their services to the human race and not to any particular men. But it has become customary for the consuls, once their official speech of thanks is finished, to go on to express their personal debt to their prince. Allow me then to perform this duty, as much on behalf of my distinguished colleague, Cornutus Tertullus,<sup>1</sup> as for myself. I should surely speak for us both when my debt of thanks is due as much on his account as on my own, especially when the supreme generosity of the Emperor took note of our intimacy and conferred on us jointly what would have won the gratitude of us both had it been assigned only to one. Both of us had suffered from that robber and assassin of every honest man through the massacre of our friends, as the hot breath of his falling thunderbolt passed close by our heads;<sup>2</sup> for we took pride in having the same friends and mourned their loss together, and just as today we share the same hopes and joys, at that time we were one in grief and terror. The divine Nerva had recompensed us for our times of peril in expressing his wish to promote us as being honest citizens, though as yet unknown; for the advancement of those whose only prayer hitherto had been to remain forgotten by the Emperor was a further indication that times had changed.

91. We had not yet completed our second year in

<sup>1</sup> Cf. *Ep.* V. 14 and Index.

<sup>2</sup> Cf. *Ep.* III. 11. 3 and VII. 27. 14: the "reign of terror" under Domitian in 93.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

laboriosissimo et maximo, cum tu nobis, optime principum fortissime imperatorum, consulatum obtulisti, 2 ut ad summum honorem gloria celeritatis accederet: tantum inter te et illos principes interest, qui beneficiis suis commendationem ex difficultate captabant, gratioresque accipientibus honores arbitrabantur, si prius illos desperatio et taedium et similis repulsae mora in notam quandam pudoremque 3 vertissent. Obstat verecundia quo minus percreseamus, quo utrumque nostrum testimonio ornaris, ut amore recti amore rei publicae priscis illis consulibus aequaveris. Merito necne, neutram in 4 partem decernere audemus, quia nec fas est adfirmationi tuae derogare, et onerosum confiteri vera esse quae de nobis praesertim tam magna dixisti. 5 Tu tamen dignus es, qui eos consules facias, de quibus ista possis praedicare. Tribuas veniam quod inter haec beneficia tua gratissimum est nobis, quod 6 nos rursus collegas esse voluisti. Ita caritas mutua, ita congruens tenor vitae, ita una eademque ratio propositi postulabat, cuius ea vis ut morum similitudo concordiae nostrae gloriam minuat, ac perinde sit mirum, si alter nostrum a collega ac si a se ipse 7 dissentiat. Non ergo temporarium et subitum est, quod uterque collegae consulatu tamquam iterum

---

<sup>1</sup> The *praefectura aerarii Saturni* (*Ep.* V. 14, X. 3a) to which Pliny and Tertullus were nominated in January 98, before Nerva's death on the 27th. In *Ep.* X. 3a and X. 8. 3, Pliny says that the appointment was made jointly by Nerva and Trajan.

an exacting and important office<sup>1</sup> when you offered us the consulate, and this you did, noblest of princes and most valorous of emperors in the field, so that to its supreme honour might be added the further distinction of rapid promotion. This marks the gulf between you and those among your predecessors who sought to recommend their benefits by hedging them with difficulties, and believed that honours would be more acceptable to their recipients if hope long deferred, exasperation and endless delays tantamount to a rebuff, had first turned them into a mark of ignominy. Modesty prevents us from quoting in detail your recommendation, whereby you did honour to our love of virtue and the State by comparing us with the great consuls of the past—whether justly or not we cannot venture to decide, for it would be improper for us to disparage your expressed opinion, and an embarrassment to admit to any truth in such a splendid tribute to ourselves. You, on the other hand, are fully worthy to bestow the consulate on such men as you can extol in terms like these. Forgive me for saying that the most welcome feature to us of the favours you bestow is your intention that we should be colleagues once again. That was demanded by our mutual affection, the harmony of our way of life, and the uniformity of our principles, which is so marked that the similarity of our habits detracts from the merit of our close agreement; for either of us to disagree with his colleague would be as surprising as if he were at odds with himself. Thus there is nothing incidental or transitory in the pleasure which each of us feels in the consulship of his colleague; it might be a second one of his own,

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

suo gaudet, nisi quod tamen qui rursus consules fiunt, bis quidem sed temporibus diversis obligantur, nos duos consulatus simul accepimus, simul gerimus alterque in altero consules et<sup>1</sup> iterum et pariter sumus.

92. Illud vero quam insigne, quod nobis praefectis aerario consulatum ante quam successorem dedisti! Aucta est dignitas dignitate, nec continuatus tantum sed geminatus est honor, finemque potestatis <altera<sup>2</sup>> alterius tamquam parum esset excipere<sup>2</sup> praevenit. Tanta tibi integritatis nostrae fiducia fuit, ut non dubitares te salva diligentiae tuae ratione facturum, si nos post maximum officium privatos esse non sineres. Quid quod eundem in annum consulatum nostrum <in quem tuum<sup>3</sup>> contulisti? Ergo non alia nos pagina quam te consulem accipiet, et nostra quoque nomina addentur<sup>3</sup> fastis, quibus ipse praescriberis. Tu comitiis nostris praesidere, tu nobis sanctissimum illud carmen praeire dignatus es; tuo iudicio consules facti, tua voce renuntiati sumus, ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.<sup>4</sup> Iam, quod ei nos<sup>4</sup> potissimum mensi attribuisti quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis! quibus edicto, quibus spectaculo celebrare continget diem

<sup>1</sup> consules et *Baehrens*: consul sed *M.*

<sup>2</sup> altera ante alterius add. *Mynors*: post alterius *Keil*: om. *M.*

<sup>3</sup> in quem tuum (sed ante consulatum) add. *Schnelle*: ita *Mynors*: om. *M.*

<sup>4</sup> ei nos *Schwarz*: eos *M.*

---

<sup>1</sup> i.e. they continued in office until the end of August and immediately entered on their consulship.

only with this difference: those who hold office twice are indeed honoured twice, but on different occasions, whereas we have received our two consulships together and hold them together, and through the person of the other each feels that we are consuls at the same moment and for a second time.

92. It is no less remarkable that you bestowed the consulate on us while we were prefects of the treasury before you appointed a successor there. Honour has been heaped on honour, and our responsibilities not only prolonged without a break but doubled, now that a second office has anticipated the end of the first as if it were not enough for it to follow in succession. Such was your faith in our integrity that you were confident that it would do no damage to your principles of close surveillance if you did not permit us to retire into private life when we laid down an office of such importance.<sup>1</sup> Nor must I neglect to mention that you conferred a consulship on us in the same year as you held your own,<sup>2</sup> and so our consulship will be recorded on the same page as yours, and our names will appear on the calendar headed by your own. It was not beneath your dignity to preside in person at our election and to pronounce the sacred formula of the oath; it was your decision to make us consuls, and your voice which proclaimed us; you sponsored our candidature in the senate-house and announced its success on the election-field. Moreover, what an honour it is for us of all men to be assigned to the month which is distinguished by your birthday! It will be our good fortune to celebrate by public games and official

<sup>2</sup> Cf. 60. 4 and note.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

illum triplici gaudio laetum, qui principem abstulit  
pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit.

5 Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipiet,  
nos inter secunda omina et vota certantia, quae  
praesenti tibi conferentur, vehemur alacres et incerti,  
ex utra parte maior auribus nostris accidat clamor.

93. Super omnia tamen praedicandum videtur,  
quod pateris consules esse quos fecisti; quippe  
nullum periculum, nullus ex principe metus consu-  
lares animos debilitat et frangit, nihil invitis audien-  
dum, nihil coactis decernendum erit. Manet mane-  
bitque honori veneratio sua nec securitatem auctori-  
2 tate perdemus. Ac, si quid forte ex consulatus  
fastigio fuerit deminutum, nostra haec erit culpa  
non saeculi. Licet enim quantum ad principem,  
licet tales consules agere, quales ante principes erant.

3 Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem  
possumus? nisi tamen illam, ut semper nos memi-  
nerimus consules fuisse et consules tuos; ea sentia-  
mus, ea censeamus quae consularibus digna sunt;  
ita versemur in re publica ut credamus esse rem  
publicam; non consilium nostrum, non operam sub-  
trahamus, nec defunctos nos et quasi dimissos con-

---

<sup>1</sup> Trajan was born on 18 September (?) 53; Domitian was assassinated on 18 September 96 and Nerva proclaimed emperor the same day. (S. 148d.)

<sup>2</sup> In the second half of October; on the *dies imperii* of Trajan (cf. 8).

announcement that day of triple rejoicing which saw the removal of the worst emperors, the accession of the best, and the birth of one even better than the best.<sup>1</sup> It will be our lot to mount (beneath your own eyes) a chariot even nobler than usual, and amid the cries of good omen and clamour of competing vows offered in your presence,<sup>2</sup> we shall be carried gladly along, unable to judge from which quarter the louder cheering strikes our ears.

93. There is still something which demands praise beyond all else: the fact that when you have made consuls you allow them to act without interference, by which I mean that there are no fears nor perils as regards the Emperor to weaken and destroy their spirit; the consuls will not have to listen to anything against their will nor have decisions forced on them. Our office retains and will retain the respect due to it, and in exercising our authority we need lose none of our peace of mind. Moreover, if the high dignity of the consulate should chance to be diminished, the fault will not be found in the times we live in but in ourselves. So far as rests with our prince, the consuls are free to fill their rôle as they did before the days of emperors. Is there any proper return we can make you, to match all you have done for us? Only perhaps by remembering all our lives that we have been consuls, your consuls: by ensuring that our opinions and pronouncements are worthy of the office we once held: by playing an active part in public affairs to show we believe that the republic still exists: by not withholding our aid and counsel, and by not imagining ourselves rid of the consulate and dismissed from office, but believing ourselves



## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

sulatu sed quasi adstrictos et devinctos putemus, eundemque locum laboris et curae quem reverentiae dignitatisque teneamus.

94. In fine orationis praesides custodesque imperi divos ego consul pro rebus humanis, ac te praecipue, Capitoline Iuppiter, precor, ut beneficiis tuis faveas, tantisque muneribus addas perpetuitatem. Audisti quae malo principi precabamur: exaudi quae pro  
2 dissimillimo optamus. Non te dstringimus votis; non enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes oramus, non honores: simplex cunctaque ista complexum omnium votum est, salus principis.  
3 Nec vero novam tibi iniungimus curam. Tu enim iam tunc illum in tutelam recepisti, cum praedonis avidissimi faucibus eripuisti; neque enim sine auxilio tuo, cum altissima quaeque quaterentur, hic, qui omnibus excelsior erat, inconcussus stetit: praeteritus est a pessimo principe, qui praeteriri ab optimo  
4 non poterat. Tu clara iudicii tui signa misisti, cum proficiscenti ad exercitum tuo nomine tuo honore cessisti. Tu voce imperatoris quid sentires locutus, filium illi nobis parentem tibi pontificem maximum  
5 elegisti. Quo maiore fiducia isdem illis votis, quae ipse pro se nuncupari iubet, oro et obtestor, " si

---

<sup>1</sup> Cf. *Ep.* X. 52.

always closely bound up with it in some way, so that we continue to uphold by our efforts and devotion the position which brought us so much honour and respect.

94. To end my speech, I call on the gods, the guardians and defenders of our empire, speaking as consul on behalf of all humanity: and to you in particular, Capitoline Jupiter, I address my prayer that you shall continue your benefits, and augment the great gifts you have bestowed by making them perpetual. You heard our prayers under a bad prince; now give ear to our wishes on behalf of his opposite. We are not burdening you with vows—we do not pray for peace, concord, and serenity, nor for wealth and honours: our desire is simple, all-embracing, and unanimous: the safety of our prince.<sup>1</sup> This is no new concern we ask of you, for it was you who took him under your protection when you snatched him from the jaws of that monster of rapacity; for at the time when all the peaks were tottering to their fall, no one could have stood high above them all and remained untouched except by your intervention. So he escaped the notice of the worst of emperors, though he could not remain unnoticed by the best. It was you too who gave him clear signs of your interest as he set out to join his army,<sup>2</sup> when you yielded to him your own name and glory; and you who spoke your opinion through the voice of the Emperor, when you chose a son for him, a father for us, a Chief Pontiff for yourself. It is therefore with increased confidence, using the same form of vow that he asked to be made on his behalf, that I make

<sup>2</sup> Cf. 5. 2-4 and notes.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

bene rem publicam, si ex utilitate omnium regit," primum ut illum nepotibus nostris ac pronepotibus serves, deinde ut quandoque successorem ei tribuas, quem genuerit quem formaverit similemque fecerit adoptato, aut si hoc fato negatur, in consilio sis eligenti monstresque aliquem, quem adoptari in Capitolio deceat.

95. Vobis, patres conscripti, quantum debeam, publicis etiam monimentis continetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in praetura modestiae, vos in istis etiam officiis, quae studiis nostris circa tuendos socios iniunxeratis, cum <fidei><sup>1</sup> tum constantiae<sup>2</sup> antiquissimum testimonium perhibuistis. Vos proxime destinationem consulatus mei his acclamationibus adprobavistis, ut intellegam etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc consensum vestrum complectar et teneam, et in dies augeam. Etenim memini tunc verissime iudicari, meruerit quis honorem necne, cum adeptus est. Vos modo favete<sup>3</sup> huic proposito et credite, si cursu quodam provectus ab illo insidiosissimo principe, ante quam profiteretur<sup>4</sup> odium bonorum, postquam professus est substiti, cum viderem quae ad honores compendia paterent longius iter malui; si malis temporibus inter maestos

<sup>1</sup> fidei *add. Keil: om. M.*

---

<sup>1</sup> Cf. 8. 1.

<sup>2</sup> The *acta diurna* or the *acta senatus*; cf. 75. 1.

<sup>3</sup> Cf. *Ep.* I. 23.

<sup>4</sup> Cf. *Ep.* VII. 16.

this my earnest prayer: "If he rules the State well and in the interests of all," first preserve him for our grandsons and great-grandsons, then grant him one day a successor born of him and formed by him in the image of the adopted son he is, or if fate denies him this, guide and direct his choice to someone worthy to be adopted in your temple on the Capitol.<sup>1</sup>

95. To you, Conscript Fathers, my debt is great, and this is published in the official records.<sup>2</sup> You it was who paid me tribute according to the best traditions, for my orderly conduct as tribune,<sup>3</sup> my moderation as praetor,<sup>4</sup> my integrity and determination in carrying out the requests you made of my professional services for the protection of our allies.<sup>5</sup> More recently, you hailed my designation as future consul with such acclamation that I am well aware that I must redouble my efforts if I am to receive your continued approval, and retain and increase it day by day; I do not forget that the truest judgement on whether a man merits an office or not is passed at the moment of his assuming it. All I ask is your support in my present undertaking and your belief in what I say. If then it is true that I advanced in my career under that most treacherous of emperors before he admitted his hatred for honest men, but was halted in it once he did so,<sup>6</sup> preferring a longer route when I saw what the short cuts were which opened the way to office; that in

<sup>1</sup> Cf. *Ep.* X. 3a and VI. 29.

<sup>6</sup> Pliny held his quaestorship, tribunate, and praetorship under Domitian, and also the *praefectura aerarii militaris*; the check in his career must therefore refer to his consulship, if indeed there was one. See Introduction, p. xi.

## PANEGYRICUS OF PLINIUS SECUNDUS

et paventes, bonis inter securos gaudentesque  
numeros; si denique in tantum diligo optimum  
principem, in quantum invisus pessimo fui. Ego  
5 reverentiae vestrae sic semper inserviam, non ut me  
consulem et mox consularem, sed ut candidatum  
consulatus putem.

PANEGYRICUS, 95. 4-5

bad times I was one of those who lived with grief and fear, and can be counted among the serene and happy now that better days have come; that, finally, I love the best of princes as much as I was hated by the worst: then I shall act not as if I consider myself consul to day and ex-consul tomorrow, but as if I were still a candidate for the consulate, and in this way shall minister at all times to the reverence which is due to you all.

*Translator's note.* Where *princeps* is translated as 'prince' it is because no other English word seems to combine the emphasis of a monosyllable with the patriotic feeling which inspires the speech.